



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

De Ortv Ac Progressv Artis Typographicae Dissertatio Historica

Mallinckrodt, Bernhard von


Coloniae Agrippinae, 1640


urn:nbn:de:hbz:466:1-11780





Siv
296


Th. 5712














DE ORTU ET PROGRESSU
ARTIS
TYPOGRAPHICÆ
Ad Reueren. ac Eminentissimū
PRINCIPEM AC DOMINUM
DANSELMVM CASIMIRVM
ARCHIEPISCOPIVM ET ELECTORVM
MOGVNTINVM
SR IMPERII PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIVM
Scribebat
BERNARDVS à MALLINCKROT
DECANVS MONASTERIENSIS
COLONIAE AGRIPPINENSIVM
Apud
IOANNEM KINCHIVM
Sub Monocerosē veteri
ANNO MDCXXXIX.

Ioan Gutenbergis

Ioh. Faustus

W. G. sculp.

DE ORTV AC PROGRESSV
ARTIS TYPOGR A=
P H I C Æ
DISSERTATIO HISTORICA,

IN QVA

Præter alia pleraque

AD CALCOGRAPHICES NEGO-
CIVM SPECTANTIA DE AVCTORIBVS ET LOCO
inventionis præcipuè inqui-
ritur,

PROQVE MOGVNTINIS
CONTRA HARLEMENSES

concluditur:

A BERNARDO A MALLINKROT
Decano Monasteriensi ac C. Mindensi.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOANNEM KINCHIVM,
Sub Monocerote veteri.

M. DC. XXXX.

DE ORTU AC PROGRESSU
ARTIS TYPOGRAPHICAE
PHILICAE
DISSERTATIO HISTORICA
IN QVA

Præter alia plerisque
AD CALCOGRAPHICOS NEGO-
CIUM SPECTANTIA DE AVCTORIBUS ET LOCO
inventionis præcipue indu-
titur.

PROOVE MOGVNTINIS
CONTRA HARLEMENSES
concluditur:

A BERNARDO A MALLINKROT
Decano Monasterij ac C. Abbatij



COLONIAE AGRIPINAE.
Apud IOANNEM KINCHIAM.
Sub Monocero vetere.

M. DC. XXXX.

EMINENTISSIMO

AC CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

D. ANSELMO

CASIMIRO

S. MOGVNTINÆ SEDIS

ARCHIEPISCOPO,

Sacri Romani Imperij per Germaniam Archi-

Cancellario ac Principi Electori, Domino

suo Clementissimo:

Salutem humillimam dictæ ac subiectissima obsequia offero,

EMINENTISSIME ac Reu. me, Princeps:

Electo, Domine Clem. me, Literarum

studia non minus in aduersis solati-

tium, quam in secundis delectatio-

nem præstare, inter doctos, utpote dulcedinis &

salubritatis Musicarum exercitationum gnaros

& expertos, facile conuenit; ideoq; Em. ac R. me

Cel. ni V. ac tanquam his etiam sacris ritè & reli-

giosissime initiata, ignotum aut dubium esse potest.

Nec de grauioribus solummodo, ac sacris maxi-

mè studijs, quibus tamen principatum huius lau-

dis nemo sanus controuersum fecerit, id obtinet,

23

sed!

sed reliquis etiam, quæ humaniora & philologica
 vocamus, cū iisdem commune est, eaq; cum illis u-
 tiliter & cum plausu, nedum citra reprehensionē,
 etiam ab Ecclesiasticis, coniungi posse, ut reliqua
 taceam, ipsorummet Sanctorū nos exempla docēt,
 è quibus Gregorium Nazianz. & Hieronymum
 Stridonensem in specimē nominasse suffecerit: Etsi
 enim illa eius ponderis non sint, ut eandem contra
 animi aegritudines vim & robur instillent, quibus
 à philosophiā utraq; (secularem dico & diuinam)
 confortamur: Hoc tamen efficiunt, dummodo po-
 tiora non negligantur, ut subindē presentū malo-
 rum per iucundissimam pariter & honestissimam
 (quoties ad illa animum deflectimus) auocationē,
 obliuisci permittamur, ac propterea non possum

* Petri la
 Seine. non uehementer nuperi scriptoris, * eruditi sanē
 & elegantis sententiam probare, qui satis ingenio-
 sè & per argute Homericum, Nepenthes, illud de-
 cātatissimum miseria humana, & terrestriū cala-
 mitatum alexipharmacum, inter reliquos eius rei

* De Ne-
 pen. Ho-
 mer. part.
 5. de Auo-
 camentis. mysticos intellectus. etiā, de bonis literis exponit.
 Illius igitur, ut pro captu meo, turbulenti & cala-
 mitosis hisce temporibus, aliquatenus me participē
 facerem, inter ceteras literarias recreationes, sub-
 cisiuis

DEDICATORIA

cisiuis aliquot horis, huic rei impensis, examinare
 mihi placuit controuersiam illam, quam Batauo-
 rum aliqui, de Typographicâ inuentione Mo-
 guntinis Em.^æ V.^{ix} Cels.^{nis}, iam à quinquaginta
 annis, nec quicquã mouere attentarunt. Hanc e-
 nim etsi pridem Reuerendus Pater Nicolaus Se-
 rarius non infimum Sacri Sodalitij sui studijque
 decus, & Moguntinarum rerum luculentus scri-
 ptor, præter alios huius argumenti tractatores, e-
 gregiè expenderit, & antagonistas illos sat superq;
 percussit: necdum tamen cessant, isti peregrina
 gloria inuolutores, urbis Em.^æ Cel.^{nis} Vestra ob-
 strepere laudibus; ut cum aliundè, tum ex hac
 commentatiuncula mea inspicere dignaturis ap-
 parere poterit; quam veritati & eruditissimorum
 virorum huius, & præcedentis seculorum hono-
 ri: pro ut potui, libens concinnaui, non eruditio-
 nis, quam in me nullam esse scio, ac præsens argu-
 mentum illius ostentationem vix admittit, sed
 pietatis, qua volentium à se repellit neminem, in-
 de expectans testimonium. Antiquitati inquam,
 hoc agēs, in seruire studui, cuius professionis ergò si
 non laudata, at excusata saltem erit, impensa hac
 honestissima rei qualiscunq; lucubratio. Nam ni-

obstent.

obstant tot antiquorum, tum rerum etiam testi-
 monia, Germanorum in genere vix interesse pos-
 sit, Moguntia an apud Hollandos Typographia
 prodierit. Bataviam enim cum populis urbibusq;
 suis non partem tantum Germania esse, sed etiam
 à multis seculis Imperio Romano - Teutonico &
 Caesaribus subiectam fuisse, ac etiam nunc esse par-
 tim manifestum & notissimum est, partim facili-
 - negotio, si qui forte sunt qui negare non formidet,
 probari & ostendi possit. Alteri tamen isti quam
 dixi Diva præcipue litare conatus sum, quâ remo-
 tâ nec vetustas aliqua, licet veneratio & cultus
 illi debeantur, operam meam expectet. Puto au-
 tem me his ipsis, cum quibus contendendum erit,
 tantò minus suspectum fore, quod incunabula
 mea inter Harlemum & Moguntiam, constituta,
 a quo ferè spatium utriusq; absint; præsertim cum et-
 iam aliàs causam non habeam, cur uni loco magis
 quam alteri, si cum bona veritatis venia fieri ne-
 queat, gratificari cupiam. Qui iidem etiam respe-
 ctus apud Em. mam Gel. nem V. am excusabunt spe-
 ro, quod exterius aliquis in hanc arenam descen-
 dere non dubitauerit. Nam non tantum ad illos
 qui ex aduerso pugnant, sed etiam ad reliquos qui
 forte

forte hac legere & examinare volent spectare arbitror, ab illorum aliquo, ut omnia reliqua absint, hanc causam typorum agi, quos locus scriptionis, & homagij nexus, quaeque eius generis aliae sunt, obnoxij ministerij suspicione non grauent. Si quis autem opinari volet, me, dum hoc argumentum tracto, rem non admodum necessariam curasse, sed talem potius, in qua opes Graeciae, ut ille dicebat, aut salus Germania minimè sita sint; cum illo contendere non constitui: meminisse tamen illud velim, quisquis tandem fuerit, rerum ad se non pertinentium prae rigidus cessor, qui forte talia obiecturus sit, si omnia quae eiusmodi sunt negligi debeant, posse & alia multa, haud paulò minoris, quam hoc sit, momenti, in quibus tamen non pauci et aetate terunt, eadem operà secure omitti. Nec etiã puto mihi quempiam diem dicturum esse, quasi dum hoc ago, alia potiora neglexerim, cum necessaria sit ingenijs alterna remissio, ne continua in ferijs tetricisque intentione, mitioribus non recreata focillamentis, nimium consumantur. Non alij autem quam Emin. mæ. Cel. di. U. ra. Ill. me & Reu. me Princeps Elector, hanc opellam meam offerre & consecrare volui: in qua tamen non muneris te-

nuitatem, sed tum exhibentis deuotissimum ani-
 mum, tum urbis sua decus, & omnis Imperialis
 Germania gloriam, quibus duabus ille, & impoli-
 tus hic stylus meus laborarunt, ut respicere & a-
 stimare velit, humillime obsecro. Loci, inquam,
 praesulem & principem tum Imperij Furium &
 dignitatis custodem & conseruatorem, tractatu-
 lus hic meus praeceteris adire & venerari debuit.
 Nec enim sine aliqua numinis prouidentia conti-
 gisse credo, ut in illa potissimum urbe, incompara-
 bile hoc nouae scriptiois inuentum, in lucem ede-
 retur, cuius antistes Archi-Cancellarij per Ger-
 maniam munere, & Nomophylacis dignitate e-
 mineret, ut deinceps ille ipse, omnesque eius in San-
 cta ista Sede successores, hoc typorum domestico &
 uernaculo artificio, quibus deinceps res literaria
 praecipue constat & stabilitur, conciliante, in A-
 pollinis etiam regno & Musarum republ. Archi-
 grammatei praecelso & dignissimo officio, iure op-
 timo honorari mererentur; eoque ipso tutelam &
 defensionem chalcographica inuentioni tanquam
 municipi & clienti sua praeceteris curatius im-
 penderent. Suscipiat igitur Emin.^{ma} Cels. V.^{ra} hanc
 qualemcumque promptissima voluntatis & humil-

DEDICATORIA.

limi obsequij exhibitionē solitā sibi generosissimi
 animi sui humanitate, meq; sibi deditissimum, ut
 hactenus, ita deinceps etiam benignissimè fouere,
 Et perpetuum protegere clementissimè pergat. Ita
 Ill. ^{ma} Cels. ^{nis} V. ^{ra} notissima dudum, cum reliqua
 virtutes, tum precipuè in prosperis moderatio,
 in aduersis constantia, Et utrobique animi men-
 tisque vigor rectique tenacitas, hoc ipso typorum
 suorum sonoro praconio, magis magisq; per orbem
 publicentur, Et ad omnem posteritatem tabulis æ-
 ternitatis inscribantur, quam Deus Opt. Max.
 Ecclesie Et Reipubl. diu incolumem superesse Et
 prosperari concedat. Dabam Monasterij VVest-
 phaliae Musaei Curifugio, Anno à Salutis nostrae
 reparatione M. DC. XXXIX. KALEND. Septemb. die
 XIII. S. Bernardo Clarenallensi sacro.

Emin. ^{ma} & R. ^{ma} Cels. ^{nis} V. ^{ra}

Humillimus & deuotiss. Seruitor.

Bernardus à Mallinkrot.



ÆQVO ET VERITATIS STUDIO
Lectore.

SAL. PLUR. DICO.



NEQUE partium studio, neque odio cuiusquam, lector benigne, impulsus hunc de Typographiæ initijs & progressibus conatum meum in publicum protuli, tibi que si annuis & afficeris legendum & censendum obtuli. Permoit me tum ingenuus quidam, pauloque tenerior erga bonas literas, deque illis quocunque nomine bene meritos affectus, tum innocentia iniuste afflictæ pressæque patrociniū, quod ex opere ipso, si tanti tibi videbitur, te cognoscere malo, quam hic paulò ambitiosius, ut nonnemi forte suspectus fierem, à me venditari. Hollandis, cur decora sua, quæ citra aliorum illis iniuriam debeantur, invidere velim, causam non habeo: Ac aliàs etiā in suum cuique tribuendo, affectuum & cupiditarum sordes in consiliū admittendæ non sunt. Nec possum non amare Bataviā, quæ plurimos Ecclesiæ Christi Catholicæ, & literariæ reipublicæ dedit & protulit præclarissimos viros, interque ceteros facile principem Erasum Roterodamum, erga quem, ut de ceteris taceam, singulariter me, quatenus censura Catholicæ pietatis, & potior amore quorumvis incorrupta veritas, permittunt, affici, non cupiam diffiteri, idque, si Deo placebit, & vita ad hoc suppetet, peculiari opere de vitâ & scriptis illius viri, & quanti, fide & probitate talis ab illis, qui obedientiam Romanæ Ecclesiæ Sedisque Apostolicæ profitentur, aestimari fierique possit, breui, ut spero ostendee laborabo. Quam procul autem à me sit erga nationem hanc auersior animus, è sequenti Epigrammate, quod Iosephi Scaligeri Hollandica miracula amplificatum & auctum iri utcumq; constare volo, cui etiam in lecto oris gratiam ipsum Scaligeri carmen præmitti quis vetet aut improbet?

Extat in
ter opuscu-
la eius va-
ria anno
1612 Frä-
cosurte-
dita.

Bernardus Mallinckrodt

IOSE-

IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER

De mirandis Bataviæ ad Ianum Doufam.

Ignorata tua referam miracula terræ,
Doufa peregrinis non habitura fidē.
Omnia Lanitium hic lassat textrina Mi-
nerua,
Lanigeros tamen huic scimus abesse
greges.
Non capiunt operas fabriles oppida vestra,
Nulla fabris tamen hæc ligna mini-
strat humus.

Horrea triticea rumpunt hic frugis acerui
Pascuus hic tamē est, nō Cerealis ager
Hic numerosa meri stipantur dolia cellis,
Quæ vineta colat nulla putator habet.
Hic nulla, aut certe seges est rarissima lini,
Liniſci tamen est copia maior vbi.
Hic medijs habitamus aquis, quis credere
possit,
Et tamē hic nulla, Doufa, potatur aque.

Ignosce, lector, quod huic pretiosa purpuræ vilem, qui sequitur, pan-
num assuam. Formam tamen poematis extra censuræ aleam relinquo ve-
lim. Materia certe vinco, & hæctenus iudicium tuum non formido.

EPIGRAMMA DE MIRACVLIS

Hollandiæ, à Scaligero dissimulatis aut neglectis.

Scaliger, arguto terra miranda Batavæ
Carimine describens, maxima præ-
terijt.
Nam sint magna licet, quæ grandius ille
re cenſet,
Hæc maiora tamen Musa pusilla canit.
1. Pacis delicia medio in discrimine belli
Felici Hollandos conditione beant,
In nauibus, pelago, & fluiuijs fiducia tanta
est;
Hostica sic procul est inde & amica
phalanx:
2. Hostis & hic peperit Musis Bellona Ly-
cum,

Inelyta Martis opus, nam schola, Lei-
da, tua est.
Quiq; serus toties iuuenes fugat atq; ma-
gistros,
Eius ope Aonidum culta palestra viget:
Ingenijs scriptisque omnem quæ rouocas
orbem
HEINSIVS ac reliqui hoc, tu quoque,
DOVSA, doces.
3. Tertia res superest, magis admirabilis
illis
Quas retuli, at numis non memo-
randa meis.

Amor

Amor igitur erga immortales viros, veros typographici artificij Inuen-
tores, tum artis ipsius æstimatio, hanc à me impetrarunt (an imperarunt
verius) lucubratiunculam. Et illis, & huic debemus incomparabilem il-
lam, qua veteres caruerunt, studendi commoditatem: quæ præterquam
quod & oculis & loculis studiosorum hominum, tum characterum politi-
cæ & nitelæ, tum tolerabili librorum pretio, si prisca cogites & conferas,
præclarè consulit; tantam nobis dudum suppeditauit in omni scientiarum
studiorumque genere codicum ac voluminum copiam, vt hæc & eiusdem
gustus reliqua, quæ recensere longum sit, reputanti mihi, cum Nasone ex-
clamare libeat:

Prisca iuuent alios, ego me nunc denique natum

Gratulor: hæc studijs tempora prompta placent.

Non igitur est vt humilitatem argumenti quis obijciat, cuius neminem
quantæcunque sit vel eruditionis, vel dignitatis ac gradus, pudere iure po-
test, nedum vt mea id mediocritas dedignari debuerit. Si enim Claudius
Clemens Professor Madritanus, disertissimus scitissimusque Musæi ex-
structor & instructor, in ipsis sapientiæ sacrijs, id est, Librorum reposito-
rijs, quæ Bibliothecæ vocantur, inter Doctorum Imagines etiam Typo-
graphicis Inuentoribus rectè, vt facit, locum concedit, ac dudum ante il-
lum re ipsa id præstitum est à Theueto & Beierlingio: quis improbet il-
los cura & sollicitudine sua, à literarum amatoribus non inferiores cen-
seri? præsertim de illis non alia tradentibus, quam quæ ad eruditionis & stu-
diorum decorem & existimationem pertinent, & posteriorum cognitione
digna sunt? Faue igitur, quisquis hæc legis, ceptis meis, estoque certus,
nunquam nos satis gratos esse posse erga homines, qui excusoriam artem
publicis vsibus excogitarunt; nedum erga diuinum numen, quod illis hanc
gratiam & illuminationem cœlitus infudit ac concessit. VALE.

AD INCLVTAM MOGVNTIAM Gratulatio.

A Vdijt excelso sublimis Phoebus Olympo,
De primâ in nētis prælia mota Typis:
Audacesque animos hominum, atque in-
gentia videns
Vota; Quid hac non gens improba tentat?
ait.
Nō hominum in clamaris: opus hoc; opus omne
Deorum est,

Quiq; dedere Artes, Uiq; dedere Typos.
Attamen è cælo (Pergit,) cum hac munera
terris
Inferrem, summi Numinis imperio:
Aurea præ cunctis mihi sola Moguntia lecta
est;
Visa nec hoc zenio dignior vlla fuit.
Hic pietas, & auita fides, gratissima cælo,
Perpe-

Perpetuum fixit non remeranda Larem.
Hic sacra florent Artes; tentoria Musa
Germana hoc pridem constituere solo.
Hanc propter Rheni facili gratoq; susurro,
Pegaseis melior labitur vnda vadis.
Hic & ab averso decliui flumine sese
Mergit Rhenanis Menus amœnus aquis.
Hanc virides luci circum, nemorosaq; tēpe,
Pulcraq; pampinea frondea te, qua comis.
Illa meus rapiunt Pestana rosaria Musas,
Par alibi est homines, hic habitare
Deas,
Scilicet oderunt turbas, odere paludes,
Aura ubi limosis densior halat aquis.
Quando Typos ergo ante omnes his desti-
nat Æther;
Sume, nec ingrata, Vrbs, qua fero dona,
manu.
Dixit; & ut plena fudit sua munera dextra,
Ad Superos celeri calle relegit iter.
Ex illo uomenq; Tuum laudesq; manebunt,
Et decora, Vrbs nullis interitura uogis.
Clara Semiramios sileat Babylonia muros,
Et Mausolæi nobile Cares opus;
Pyramides Memphisq; suas, Rhodijque Co-
lossum,
Atq; Ædem Ionij, magna Diana, tuam;
Ceteraq; obticeant Mundi Miracula: Nem-
pæ es
Omnibus his vnus clarior Vna Typis
Quid? quod in hœmanis Operum hebdomas
ista perennat
Mentibus; hoc totum debet & illa Tibi.
Pyramides ubi Memphi tuæ? tuus ille Co-
lossus
Dic, Rhode, ubi: magni gloria prima ma-
ris?
In nihilum rediere suum cogentibus annis,
Et secum fugiens abstulit illa dies.
Concidit & Babylon, Mausolaumq; superbū,
Et strauit Triuios impia flamma Lares.

Quod super-illorum est, & quod post secula
longa,
Illa suscepit adhuc posthuma progenies;
Muneris omne Tui est Mogani Vrbs au-
gusta: Tuisq;
In concussa manent usq; vigentq; Typis.
Illa dies ergo Te Te, alma Moguntia, claram
Extulit, & cœli sedibus inseruit.
Illa Tibi famam peperit, qua Machina
Mundi
Tenditur, & latam Nereus ambit humū.
Illa (Tua licet hoc laudi vetat addere linor.)
Vnam Te cunctis vrbibus antetulit.
Forssitan indignans Batauus marcescet, &
vnum
Hic Tibi præ reliquis obstreperet Harlemiū;
Quaq; Tibi soli debetur adorea, cui
Ius contra, volet hanc imposuisse suo.
Nil metue. Ecce Tui vindex inuictus honoris
MALLINCKROTTIADES, arma animos-
que parat:
Frigidaq; hac veri cōmenta vmbone repellēs
Et styli & ingenij vi, calamoq; fugat:
Et iam iā exiguo hoc infomni tota Libello.
Ceu Solis lampas nubila, discuties.
Quod si Te contra porro tamē Æmulus hifcet,
Nec volet à Plagio continuisse manum;
Fortior insurgens, grauioribus Ille flagellis,
Mulsato malè mox osq; manumq; premet;
Nec minus ipse sibi decus hinc illustre para-
bit,
Calcographiq; Typi, Pralaq; donec erunt.
Ergo Tua laudis tanto Assertore triumphas,
Et longum, Vrbs, titulis incluta plaude
Tuis.
Quin & commerita felix Tua tēpora lauro
Cinge, coronari quā sua Phœbus amat:
Hunc Tecū diūm qui participauit honorē,
Ille, nec inuitus, laurea ferta fauet;
Immo & qui tanto macrauit munere solare.
Ille, vel inuitis omnibus. Illa dabit.

Bernardi Rottendorff I Com. Pal. Cæs. Sereniss. Elect. Colon.
ac Reipubl. Monast. Medici.

INDEX
CAPITVM HVIVS
OPVSCVLI.

	pag. 1.
Prooemium,	1.
Cap. I. Diuersa opiniones de Inuentione Typographica, deq; iis iudicium.	2.
Cap. II. Testimonia veterum & auctoritatis, qui ante Hadrianum Iunium vixerunt, Typographiam Moguntiae inuentam esse. affirmantium,	7.
Cap. III. Testes pro Harlemensibus de Typographia in Hollandia inuenta,	27.
Cap. IV. Testes Neoterici pro Moguntinis,	41.
Cap. V. Examen super dictis vtriusque partis, & Argumenta pro Moguntinis,	48.
Cap. VI. Iuniani testimonii seu asseuerationis textus excutitur & refellitur,	51.
Cap. VII. Reliquorum qui pro Harlemensibus pugnant refutatio,	58.
Cap. VIII. Rerum testimonia pro Moguntinis,	65.
Cap. IX. De loco inuentionis,	70.
Cap. X. De tempore factae inuentionis,	71.
Cap. XI. De inuentoribus huius artis,	75.
Cap. XII. De propagatione artis Typographicae,	81.
Cap. XIII. De primis libris impressis,	90.
Cap. XIV. Typographorum aliquot doctrina excellentium nomenclatura.	91.
Cap. XV. De operibus praecipuis impressis,	90.
Cap. XVI. Comparatio primitiua & hodierna typographiae.	101.
Cap. XVII. Defensio typographiae contra obtrectatores,	106.
1. Historia Impressionis Bibliorum Complutensium.	
2. De Typographica Officina Plantini, è Lud. Guicciardino & Scribano,	114.
3. Historia Impressionis Regionum Bibliorum Antuerpiensium,	115.
4. De Officina Coloniensi Hieratina,	
5. Christophori Milai locus de Typographia.	

AVCTO

AVCTORES, QVI PRO MOGVNTINIS TESTANTVR,
antiqui, id est, Hadrian o Iunio antiquiores.

Abrahamus Bucholtzerus,	41	Matthias Palmerius Pisanus,	19
Achilles Gaslarus,	27	Marcus Anton. Sabellicus,	12
Andreas Althamerus,	13	Melchior Guilandinus,	27
Andreas Theuerus,	29	Nicodemus Frischlinus,	24
Baptista Fulgofius,	13	Paralipomenon ad Urspergensem auctor	
Bartholomæus Chassanæus,	20	16	
Bernardus Hertzog,		Paulus Iouius,	19
Bernardus Mollerus,	23	Paulus Langius,	15
Conradus Celtes,	9.10	Petrus Apianus,	13
Conradus Geinerus,	27	Petrus Opmeerus,	41.50
Cornelius Callidius,	17.50	Petrus Ramus,	20
Cyriacus Spangenberg,		Philippus Beroaldus,	9.10.12
Dauid Sigemundus Cassouius,	24	Polydorus Virgilius,	13
Erasmus Roterodamus,	50	Raphael Volaterranus,	12
Franciscus Irenicus,	17	Reinerus Reineceius,	
Franciscus Philephus,	18	Sebastianus Brant,	9.10
Gaspar Bruschius,		Sebastianus Munsterus,	14
Gaspar Hedio,	27	Stephanus Forcatulus,	20
Gaspar Peucerus,		Theodorus Zvingerus,	16
Georgius Merula,	20	Thomas Garzonius,	20
Georgius Sabinus,	22		
Guilielmus Xylander,			
Henricus Pantaleon,	22		
Hieronimus Bardus,	19		
Huldricus Mutius,	14		
Iacobus Philippus Bergomensis,	18		
Iacobus VVimphelingius,	7		
Ioan. Antonius Maginus,	19		
Ioan. Arnoldus Bergellanus,	25		
Ioan. Baptista Egnatius,	19		
Ioan. Auentinus,	14		
Ioan. Bodinus,	20		
Ioan. Boterus,	19		
Ioannes Carion, siue Phil. Melanchton,	16		
Ioannes Funceius,	16		
Ioannes Nauclerus,	10		
Ioan. Stumpfius,			
Ioan. Trithemius,	7		
Ioan. Thomas Freigius,			
Laurentius Valla,	13		
Leonardus Crenzhemius,			
Martinus Crusius,	25.47		
Matthæus Beroaldus,			

AVCTORES NEOTERICI PRO
Moguntinis, id est, Hadriano Iunio
iuniores.

Adelarius Erichius,	
Arnoldus Raysius,	47
Britannicarum Antiquitatum auctor,	47
Cristophorus Besoldus,	
Christophorus Heluicus,	42
Christophorus Leheman,	
Chronici Ecclesiastico-Politici auctor,	
Claudius Clemens,	
Daniel Otto,	
Daniel Pareus,	
Dionysius Petauius,	42
Elias Reufnerus,	
Ferreolus Locrius,	45
Gabriel Naudæus,	46.47
Georgius Draudius,	46.47
Henricus Salmuth,	42
Henricus Spondanus,	42
Hor-	

INDEX AVCTOR. ET TYPOGRAPH.

Horatius Tursellinus,	42	Gaspar Barlaeus,	37
Iacobus Borpitius,		Hadrianus Iunius,	27
Iacobus Guntherus,		Ioan. Henricus Alstedius,	40
Ioan. Busæus,	47	Ioan. de Lact.	37
Ioan. Chapeauillius,		Ioan. Surenus,	50
Ioan. Cluuerus,		Marcus Zuerius Boxhornius,	31
Ioan. de Colle,	47	Matthias Quadus,	32
Ioan. Heidfeldius,	47	Petrus Bertius,	31
Ioan. Iacobus Frisius,	47	Petrus Montanus,	32
Ioannes Serræus,	47	Petrus Scriuerius,	31
Ioannes VVolffius,		Valerius Andreas,	31
Iulius Cæsar Bulengerus,	45		
Nicolaus Dolionus,			
Nicolaus Serarius,	46		
Petrus Heigius,			
Petrus Matthæus,	47		
Sebastianus Vennonius,			
Sethus Caluifius,	47		
VVenceslaus Sturmius,			
VVilhelmus Dilichius,	47		

Quibus numerus non est appositus, illi in additionibus reperientur.

DVBII ET AMBIGVI QVI
Harlemensium meminerunt.

AVCTORES QVI PRO HAR-
lemensibus testantur.

Auberrus Miræus,	32	Adrianus Romanus,	31
Franciscus Siveertius,	32	Andreas Schottus,	31

INDEX TYPOGRAPHORVM, BIBLIOPOLARVM ET COR-
rectorum, qui in hoc opere memorantur.

Adam Petri,	22.86	Arnoldus Quentelius,	94
Adolphus Rischius siue Ruschius,	8.22.85	Augustinus Dodo Corrector,	100
Aldus Manutius Senior,	15.21.91.97	Balthasar Moretus,	95
Aldus Manutius Iunior,	92.98	Bernardus Gualtherus,	95
Ambrosius & Aurelius Frobenij,	85	Bergeri,	97
Andreas VVechelus,	87	Belleri,	95
Angermarij	97	Brixi fratres,	103
Antonius Gryphius,	21.90	Choët,	97
Antonius Hierat,	95.100	Christianus VVecheius,	97
Antonius Koburger,	87	Christophorus Froschovver,	86
Antonius VVinter,	86	Christophorus Plantinus,	31.94.101
Arnoldus Birckman,		Ciera Venerus,	97
Arnoldus Guiliclmus Brocarius,	89	Claudius Marnius,	87
Arnoldus Pannartz,	24	Clemens Schleich,	26.87
		Conradus Finer,	82

COB

INDEX TYPOGR. BIBLIOPOL.

Conradus German, cogn. Sivenhem 17.18.22.24	Ioannes Faustus, 14.15.16.41
Conradus Denckmuth, 45.88	Ioan. Frobenius, 15.22.86.97.100
Cornelius Liferius, 97	Ioan. Gensfleisch, 9.16
Crespin, 97	Ioan. Gutenberg, 7.8.12
Dominicus Bafa, 98	Ioan. Gymnicus, 95
Egenolphus Emmelius, 87	Ioan. Heruagius, 86
Erhardus Rodolff de August. In ad- dition.	Ioan. Kinkius, 95
Eucharius Ceruicornus, 94	Ioan. Krebsius, 94
Eucharius Silber, 83	Ioan. Limburgus, 88
Fischerus, 87	Ioan. Manthen de Gerresheim, 14
Franciscus Fradinus, 90	Ioan. Medinbach, 8.22.85
Franciscus Raphelengius, 94	Ioan. Mentel, 95
Franciscus Stephanus, 21	Ioan. Morerus, 22.86.93.96
Franciscus Zilerus, 99	Ioan. Oporinus, 89
Georgius Mittelhus, 89	Ioan. Petrus, 86
Georgius Ludouicus Frobenius, 97	Ioannes Philippus de Lignamine, 84
Gerwinus Calenius, 93	Ioan. le Preux, 9.22.85
Godfridus Hittorpius, 93	Ionas Rosa, 87
Georgius VVillerus, 105	Iofias Rihelius, 97
Giolita, 97	Iuo Scheffer, 22
Grosij, 97	Iunta, 97
Guilielmus Morellius, 94	Landryus, 97
Hadrianus Turnebus, 94	Lazarus Zetznerus, 97
Hanson Hamman, 45.82	Leonardus Hol, 88
Henricus Hondius, 97.102	Leuinus Hulsius, 103
Henricus Petri, 86	Ludouicus König, 97
Henricus Quentel, 45	Martinus Flaccus, 8.85
Henricus Stephanus Senior, 90	Martinus Nutius, 94
Henricus Stephanus nepos, 21.92. 97.	Marernus Cholinus, 95
Hermannus Mylius, 95	Matthæus Merianus, 103
Hieronymus Commelinus, 93	Matthias Schurerius, 8.15.85
Hieronymus Frobenius, 85	Michael Vascolanus, 95
Horatius Cardon, 90	Missarinus, 97
Hugo à Porta, 90	Muschius, 97
Iacobus Saccon, 83	Nicolaus Bassæus, 87
Iansonius, 97.102	Nicolaus Episcopus, 85
Imberti, 97	Nicolaus Henrici, 97
Iodocus Badius, 89.93	Nicolaus Ienson, 18.22.45.82
Ioan. Amorbachius, 85.86.93	Nicolaus Kesler, 45.85
Ioan. Aubrius, 87	Nicolaus Laurent, 84
Ioan. Bellerus, 95	Niuellius, 97
Ioan. Brocarius, 113	Octavianus Scotus, 45.82
Ioan. Blayv, 97	Paulus Manutius, 92.97
	Petrus Drach, 88
	Petrus Henningus, 95
	86

ET CORRECTORVM.

Petrus Koppius,	87	Simon Colinaeus,	96
Petrus Quentelius,	94	Simon Melangius,	96
Petrus Paulus Porrus,	99	Sonnus.	97
Petrus Perna,	86	Sigismundus Feyrabendi.	87
Petrus Schœffer,	7.15.22	Sixtus Rufinger	8.15.12.84
Pratus,	97	Stephanus Arnoldi.	88
Prostius,	97	Stephanus Doterus	93
Richardus Paffradus,	89	Stoer.	97
Robertus Stephanus,	21.92	Theodoricus Martinus.	89
Roaillius,	97	Thomas Anselmus.	15
Rulandius.	97	Thomas VVolffius.	22.85
Rutgerus Rescius,	89.93	Tornæus.	21.90
Salamandra,	97	Valgrifius.	97
Schonvyetter,	87	Vignon.	97
Schureri.	97	Vlricus Han.	3.8.13.17.22
Sebastianus Cramoisy.	97	Vlricus Zellius.	38.82
Selſich,	97	VVilleri.	97
Seruarius Sassenus.	89		
Simeon Nicolaus Nardus.	98		

CORRECTORES ALIQVOT CELEBRIORES.

Antonius Ghesdalius,	96	Nicolaus Ferbelius,	96
Comelius Kilianus,	ibi.	Ortuinus Gratius,	96
Erasmus Roterodamus,	97	Petrus Trecius,	97
Franciscus Harduinus,	96	Sigismundus Gelenius,	96
Fridericus Silburgius,	96	Theodorus Pulman,	96
Ioan. Anton. Bergell,	96	Victor Gifelinus,	96
Michael Fernus,	96		



Emendanda & typosetarum errores sic corrigantur.

In Carmine de Mirac. Holland. *Nauibus in*, In Carm. ad Mogun. *inclamans*.
 v. 13 *stupebit*. In Indice Au& Jac. Gualtherus, Ioan. de Laet, Nic. Gerbelius.
In lit. A Pag. 6 lin. 3 pro *uiris* l. *uiuis*, ead. p. li. 11 à fine pro & reponere *ac*. p. 7 lin. 7
 à fine, *Marquardi* p. 8 l. 7 à fine *Barbaro* p. 9 l. 1 *poscantur*, p. 11 l. 7 à fine: *Ista autem*
Celtis, ib. l. 5 *quinquagenarius*, l. vlt. *solidos*, p. 13 l. 15 *Opistographo*, l. 17 *Sipontino*, p.
 14 l. 5 *lib. 5*, l. 10 pro *quia* inferere *sum*, l. 12 pro 100. l. 1000, l. 15 pro *librorum labo-*
rum, l. vlt. pro *narrant, errant*, p. 17 l. 14 *numerus*, l. 18 *sequuntur*, p. 18 l. 1 *Stæriana*,
 l. 2 *notione*, p. 20 l. 12 post *Forcatulus* adde *lib. 4*, pag. 617. p. 21 lin. 19 *Themistita-*
na, p. 24 l. 9 *hadæporico*, l. 10 *Cassouius*, p. 25 l. 4 à fine, de *Typographia encomio*, p. 27
 l. 9 post *Guilandinum*, adde *membro 26*, num. 7, lb. l. 7 à fine *mibi autem*, p. 29 l.
 8 *altiora*, p. 30 l. 13 *ira*, p. 31 l. 15 & 19 dele particulas & l. 20 *Moguntina & Basit-*
l. 8, à fine *Basileensis*, p. 33 l. 22 *Gutenbergius*, l. 26 *Zunigam*, p. 35 l. 22 pro *cir-*
cuerunt, creuerunt, p. 35 l. 7 pro *At, Ac*, p. 38 l. 5 *Ioannem*, l. 11 *ex honorabilis*, p. 37 l.
 15 *Phil. Bono* l. 20 *uiris*, p. 40 l. 22 *ut tum res*, p. 41 l. 11 *in princip.* l. 23 *Diuinare*, p.
 42 l. 6 à fine *Consabons*, p. 43 l. 8 à fine *unquam*, l. 4 *regionem*, p. 44 l. 1 *isthmi*, l. 5.
Moscouiam, l. 6 dele C. 4. l. 8 *detractoribus*, p. 45 l. 4 *Bemler*, l. 6 *Finer*, l. 9 *Argen-*
tina, l. 12 à fine corrige numerū & scribe 1346 l. *Loerius*, l. 8 pro *examinan*, le-
ge, enim an. 1616, p. 46 l. 11 dele *lib.* p. 47 l. 13 à fine pro 23 pone 25, ib. *Dilichium*
pag. seq. dele, & plures alios &, l. 11 à fine. post *lib.* 5 inferere *tit.* 4, p. 48 l. 11 à fine
Soli pag. 49 l. 3 *gerris*, l. 2 *ad scribant*, lin. 23 *mantissa*, linea 6. à fine
Secundus, p. 50 l. 9 *Ganda*, p. 52 l. 16 à fine dele *mult.* p. 53 l. 15 *suspenderent & dedi-*
carent, l. 3 à fine *Oeconomices*, p. 55 l. 19 *publicè*, l. 3 à fine *confortes eius*, l. 2 *Pseudo-*
mantin, p. 59 l. 22 *ingenuitatis*, p. 60 l. 5 *Zuerius*, l. 23 *breuibus*, p. 61 l. 7 lege *ciui-*
bus, ib. *ex lofo*, l. seq. *di. ferio*, p. 62 l. 2 *oportere*. *Quamuis*, l. 6 *deformarit*, l. 17 *est*. *Si*
enim, l. 5 *fin superno*, p. 67 l. 9 dele *quanti*, l. 20 *indicio*, l. 11 à fine *germani*, l. 8 *qua*,
 l. 3 *effeci*, p. 68 l. 10 *pramissa*, p. 71 l. 7 à fine post *Isacius* dele *comma*, p. 73 l. 13 à fine
 dele *Bibiandrum*, p. 74 l. 6 post *dederit*, hæc inferere: *ipsi societ. quod & à VVimphe-*
lingio in Argent. Episcoporum Catalogo, (*supra pag. 9*) l. 6 à fine pro *infixa lege in-*
fra pag. 83, p. 76 l. 5 *debeat A.* 5 à fine *Elegis*, p. 77 l. 7 *cepit*, l. 16 *dica*, p. 79 l. 9 à fine *re-*
liquorumq; ipsi consentientium, p. 81 l. 2 *Actunc*, p. 83 lin. 9 à fine *Saccon.* l. 3 *cog-*
noscere. *Sed*, p. 84 l. 10 post *obierat* adde *vel saltem scribendi finem fecerat*, l. 8 à fi-
ne aliquod, l. 5 *Mæceates*, p. 85. l. 23 *Roleuincii*, l. 7 à fine *celebres*, l. vlt. *Episcopus*,
 p. 86 l. 5 *Antonini*, ibid. l. 3 à fine post *laboribus*, adde: *non librorum tantum scri-*
ptione, de qua alibi dicendi locus, sed ipsa etiam scriptorum excusione, p. 87 l. 4 *Æbu-*
des, p. 17 post illa, adde: *quoad solos Historicos, cum tamen in Iurisprudencia, Medi-*
cina, Philologia, vix minora præstiterit, l. 20 in fine dele *ut*, pag. 88 l. 11 *interpolata*,
 p. 89 l. 17 *multea*, p. 90 l. 8 *Gryphins*, p. 91 l. 4 post *primos* dele *q;*, p. 92 l. 4 *restata*,
 l. 6 *iucundissima*, l. 9 *quod ut olim*, l. 18 *ob quam solum*, l. 19 *præstita*, l. 24 *adiuua*, p.
 93 l. 20 *Buslidio*, p. 94 l. 14 *Turnebi, cooptati*, p. 97. 18 *Giolitas*, p. 98 l. ante pe-
nult. legauitq; l. seq. *lectissimam suam*, p. 99 l. 17 *præalta*, p. 100, l. 3 *sustineat* l.
 5. *extet.* p. 101 l. 10 *eius incunab.* p. 130 l. 5 *Myron* l. 8 à fine pro *Carinthius* lege
Styrius, p. 104 l. 16 *quo ord.* p. 105 l. 8 pro *commodo leg. commento*, l. 10 post *Itali-*
cas adde. *sive cursivas*, p. 106 in numero *capitis* dele *vnitatem*, p. 108. l. 2 à fine
doctioribus, p. 111 l. 13 *Hebraicarum*, p. 112 l. 9 *Vergara*, l. 1. *Scholiis*. p. 115. post
dignitatis adde. *quam*, p. 16 l. 10 à fine extracta. *Quæ præterea, in interpunctionibus*
præsertim, commissa sunt, facile quibus per se emendabit.

Einleitung & hypothetischen errores sic corriguntur.

Erklärung des Inhalts der ersten beiden Bücher der ersten Theilung
In dem ersten Buche wird die Natur der Seele untersucht und es wird
gezeigt, dass die Seele eine einfache Substanz ist, die von Gott
geschaffen wurde und die in dem Körper verweilt, um die Sinne
zu leiten und die Handlungen zu steuern. In dem zweiten Buche
wird die Seele als ein Prinzip der Bewegung betrachtet und es wird
gezeigt, dass die Seele die Ursache der Bewegung ist, die in dem
Körper stattfindet. In dem dritten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Erkenntnis betrachtet und es wird gezeigt, dass die
Seele die Ursache der Erkenntnis ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem vierten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Willensfreiheit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Willensfreiheit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem fünften Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Unsterblichkeit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Unsterblichkeit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem sechsten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Glückseligkeit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Glückseligkeit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem siebten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Sündhaftigkeit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Sündhaftigkeit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem achten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Gerechtigkeit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Gerechtigkeit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem neunten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Barmherzigkeit betrachtet und es wird gezeigt, dass
die Seele die Ursache der Barmherzigkeit ist, die in dem Körper
stattfindet. In dem zehnten Buche wird die Seele als ein
Prinzip der Güte betrachtet und es wird gezeigt, dass die Seele
die Ursache der Güte ist, die in dem Körper stattfindet.

DISSEPTATIO
DISCVRSVS
SIVE

DISSERTATIO

de

ARTIS TYPOGRAPHICÆ

Inuentione.



LEBRIS & famigerata inter quosdam mā-
gni nominis in republ. literaria viros contro-
uersa est, de impressoriae artis inuentione,
maximè quo ad authorem & locum, tum
ipsum quoque tempus, quo primitus in lucem
edita fuit, de quibus omnibus, alijsque huius
artificij circumstantijs & connexis, diuersæ
extant diuersorum sententiæ & traditiones,
quas in veritatis eiusque amantium gratiam
post alios, qui idem ante hac tractarunt argu-
mentum, aliquantò penitius ad examen ac trutinam reuocare, & operæ
pretium & eruditorum curâ dignum censeo, eâque de causâ non pigebit
horulas aliquot huic rei dicere. Quid enim magis cōuenire possit homini
literis dedito & librorum curioso, quam id seriò agere, ne de tam præclari
& profus diuini artificij veris & genuinis repertoribus dubitare deinceps
ipsemet alijsque possint, Diuinum inquam hoc artificium censeo, quo
de cætero cautum & prouisum est, ne vel temporum iniuria, vel quicumque
alius casus lucubrationes doctorum hominum intercipiat, & postero-
rum notitiæ inuideat, quod plerisque retrò authoribus accidisse, æternum
lugemus, qui bonas litteras æstimamus. Vt autem sine prologi prolixitate
rem ipsam aggrediar, breuiter recensentur quorundam opiniones,
qui vel Germanis inuentæ huius artis gloriam inuidentes, ad externos il-
lam deferunt, vel alios eidem inuentores, alia loca in ipsa Germania
assignant,

Propositio.

A

2
DISSERTATIO
assignant, vt deinceps Harlemensium cum Moguntinis serotinam con-
trouersiam accuratius expendamus. Horum enim litris si non dirimendæ,
saltem examinandæ ergò, potissimum hoc quicquid laboris est impensum
esto.

CAPVT PRIMVM.

Diuersæ opiniones de Inuentione Typogra- phia, deque illis iudicium.

1. Satur-
nus.

2. Chinē-
ses.

PRincipio igitur antiquissimum hoc typorum inuentum facit Pompo-
nius Lærus, qui Saturno illud tribuit autoritate falsò accepti & ex-
plicati loci è S. Cypriani de Idolis libro desumpti, qui talis est: *Saturnus li-
teras imprimere & signare nummos in Italia primus instituit.* Astipulatur
Pomponij sententiæ, quamuis eius nominatim non meminerit, Gilbertus
Cognatus libro 3. Syluæ narrationum, ita enim pag. 244. *Saturnus falcis in-
uentor,* inquit, *literas etiam in Latium intulit, easque imprimere docuit, teste Cypria-
no martyre. Denique signare nummos in Italia primus instituit, quæ Latium de late-
bra eius nomen accepit, & rusticitatis cultor fuit, vnde falcem gerens pingitur.* Eadē
fere de literarum impressione repetit pag. 278. qui locus infra reddendus
est. Alij, inter quos principes sunt Iouius & Hieron. Oforius lib. 11. de re-
bus gestis Emanuelis Lusitaniz regis ad Chineses huius artis repertio-
nem deferant, quos longe ante quam apud Europæos innotesceret libros
impressisse, licet diuerso à nostris moribus ritu contendunt, quâ de re li-
bet luculentum Angel. Rocchæ locum adscribere ex appendice operis de
Bibliothecâ Vaticanâ. *Quamuis autem impressoria huius generis ars in Europa
anno à partu Virginis 1442. fuerit inuenta, vt multi scribunt, eam tamen in magno
Sinarum regno, ante annos plus minus, bis mille in vsu fuisse, atque nunc esse accepti à
multis, qui mihi diu vixerunt, & præsertim à Michaelè Rogerio Neapolitano Sac. lesu,
qui cum vndecim annos ad Christianam fidem propagandam eo in regno vitam
duxerit, nunc Romam ab eius regni incolis missus, ait se legisse libros verbis &
characteribus Siniacis impressos ante Saluatoris nostri aduentum annos circiter
quadringentos. Typographica vero ars, quæ dicto in regno exercetur, distat à
nostrâ: ea enim non habet characteres ex plumbo ac stanno conflatos, quibus vtuntur
nostrates, sed in tabulis insculptos, quales nos interdum effingimus, cum figuras in ta-
bulis ligneis vel laminis æreis incidendas curamus, & alia id genus permulta. Nec-
dum*

DE ARTE TYPOGRAPH. CAP. I.

dum prodierat scribente Rocchâ Nicolai Trigaultij. Historia de Christiana expeditione apud Sinas à Soc. Iesû Patribus suscepta, qui de Sinen-
 sium typographiâ & ipse testis autoptes sequentia prodidit lib. 1. pag. 19.
 Typographia apud Sinas antiquior est aliquantò, quam apud Europæos: nam à quin-
 que retro seculis certum est ab ijs usu receptam, neque desunt qui asserant prius ea Si-
 nas fuisse vsos, quam in hanc mortalitatem immortalis sese Deus abiecisset. Verum à
 nostra differt non parum, quæ Hieroglyphicis eorum characteribus ob multitudinem
 esset perdifficilis. Quamquam hodie in breui aliqua tabulâ, leui ac enodâ è papyro ferè
 maloue vel Zizypho insculpunt. Tertia illorum opinio est, qui Themistaneos
 noui orbis populum Typographiæ authores agnoscunt, quorum ante-
 signanus videtur Genebrardus in Chronographia li. 4. Eique quodammo-
 do assentit Theætus, cuius verba infra reddentur Theodorus Zvvinge-
 rus in magno Theatro suo Indis Cathaitanis hanc inuentionem adscribit
 ita inquit: Typographiam vti & tormentariam artem apud Cathaitanos Indos
 antiquissimam esse testantur historici regionum nuper inuentarum. Itaque verum est
 quod Aristoteles inquit nil prohibere easdem artes à diuersis vel eodem vel etiam di-
 uerso tempore citra vllam communicationem inueniri. Sunt autem hi Cathaita-
 ni, siue vt alij vocant Cathaitenses Chinesibus ad Septentrionem vicini,
 ita vt propriè Indis annumerari non possint, quod obiter adiectum esto.
 Ac dubito etiam an non Zvvingerus Chineses intellectos voluerit. Le-
 uior est Antonij Campani sententia, quæ tamen quo minus numerum fa-
 ciat non prohibeo, qui Gallis hanc gloriam perperam assignat, vt constat
 ex notissimo tetrasticho eius infra referendo, deceptus amphibologia no-
 minis Valrici Galli, qui primus in Italiam hanc artem inuexit, quem is à
 patria & natione ita appellatum credidit, cum esset familiæ nomen homi-
 nis è Germania oriundi. Is igitur Vlricus cognomen habens Han / quod
 latine Gallum Gallinaceum significat, ob istam primitiuam in Italiam ty-
 pographiæ illationem non à Campano tantum, sed etiam ab alijs non-
 nullis primus eius inuentor habitus est, adeò vt ipso etiam Irenicus, quod
 mireris eo in loco vbi veros Typographicos inuentores refert, hunc Vlri-
 cum nihilominus repertorem eius vocitet.

Quinta est VVimphelingij opinio cap. 65. Epitomes rerum Germ.
 qui Argentineses suos haclaude beat, vt statim textum eius relaturi vi-
 debimus. Septima opinio Hadriani Iunij & Petri Bertij est, qui Harlemum
 Hollandiæ notissimam urbem Typographicæ artis matrem agnoscunt,
 quibus nouissimè Petrus Scriuerius, & Marcus Querius Boxhornius ac-
 cedunt acriter, nec citra conuitia & contumelias Moguntinos
 altercantes, qui octauam numero sectam faciunt, eaque hætenus com-
 munitior,

3. Themistaneos

4. Cathaitani.

5. Galli.

6. Argentineses.

7. Harlemenses.

8. Moguntini.

minor, & si quid in hac materiâ sapio & capio, sanior & verisimilior
 sententia est, quam etiam meo iudicio solidè tutatur in rebus Moguntinis
 suis Nicolaus Scriverius Societatis Iesu Presbyter, vir doctissimus, præterque
 solidam Theologiæ & linguarum peritiam de Historiâ quoque peculiari-
 ter & egregiè promeritus, post quem tacere quam scribere de isto argu-
 mento satius fuisset, nisi illi ipsi quos nominavi testatam tot irrefragabi-
 lium testium asseueratione veritatem nouiter oppugnare pergerent,
 quam tamen eo ipso dum læcessunt, ipsimet agnoscunt & fatentur, cau-
 sæque suæ vel inuiti & alia omnia agentes præuaricantur, vt infra suo
 loco docebitur. Missis igitur primis istis de Chinesibus alijsque veteris
 nouique orbis populis opinionibus, illam quæ Hollandis cum Germanis
 de typorum inuentione controuersia intercedit in præsentiarum paulò
 accuratius rimari & expendere animus est. Nam quod de Saturno Pom-
 ponius Lætus persuadere saragit, sine omni dubio falsum est, potestque is
 videri Germanis nostris pro suo erga patriam suam & antiquitatem
 superstitionis pertinaciæ affectu hanc illustratarum literarum tam no-
 bili artificio gloriam inuidisse, nec puto eius rei aliud vestigium extare
 apud vllum veterum scriptorum præter vnum Cyprianum, qui vt Afet
 paulò durius illic ac alibi locutus, dextrâ explicatione hac in parte molli-
 endus & explicandus venit: Non enim nisi valde improprie, & in signi-
 ficatione abusuâ literarum in chalybe incisarum & nummis impressarum
 artificio ad typographiam pertinet, cuius etsi præludium aliquod videri
 possit, ad librorum tamen excusionem vnquam translatum fuisse nullibi
 vestigium superest. Apud Chineses autem, Cathaitanos, & Themista-
 neos an typographia antiquius fuerit, extra quæstionem nostram est, qui
 de eâ inquirere proposuimus, quæ Frederico III. Austriaco imperante in
 Germaniâ seu superiori seu inferiori inuenta traditur. Præterea de prædi-
 ctis populis tenendum est, quod quem memorantur illi olim habuisse, ho-
 dieque etiam vsurpare libros conscribendi citra ministerium pennæ mo-
 dum, proprie typographia dici non mereatur, quandoquidem de nullo il-
 lorum traditur quod typis sigillarijs, quales nostris typographis in vsu sunt
 vtantur, sed integris tabulis excusionem suam peragunt. Nec priuata hæc
 opinio mea est, sed præter iam relatum Angelum Roccham, Bertium
 hæc in parte adsentientem habeo, qui Sinensium libros scribendi artificio
Typographia affine nominat, nec dubito plerosque alios in eandem hanc sen-
 tentiam conuenire. Vt interim taceam pleraque, quæ de prædictis popu-
 lis quoad hanc artem referuntur fabulosa videri, nec vnquã mihi Roccha,

vel autor eius Rogerius persuadebunt quadringentis ante Christum or-
 tum annis typographiam in Oriente vsitaram fuisse. Ac tralatitium ferè est
 populos plerosque in suis rerumque suarum originibus tradendis ad vani-
 tatem plus satis de flectere. Paulus certe Venetus, qui ante secula aliquot
 Catharæ aliasque Eoi orbis prouincias peragrauit, nihil prorsus de hac ar-
 te meminit, nõ præteriturus illã, si vel auditiõne de illa & leui rumusculo
 vel minimum cognouisset. Campano de Gallis iam obiter satis factum est.
 VVimphelingius pro Argentinensibus suis pronuncians infra audietur, vbi
 simul tres aliæ, sed minus celebres parumque probabiles de loco inuentio-
 nis dissentientes sententiæ referentur. Ante omnia igitur tenendum est an-
 te Hadrianum Iunium Hornanum Batauum, Medicum & Philologum
 non parui quidem nominis, nec tamen maximè vbi de patriæ laudibus a-
 gitur, te stem omni exceptione maiorem, nullum repertum esse, qui Ger-
 manis superioribus (Moguntinian Argentinenses illi fuerint adhuc in me-
 dio relinquitur, postmodum vt promisi excutiendum) de Typographiã
 inuentã quæstionem mouerit, eamque Harlemensibus arrogarit, sed po-
 tius multorum ac fere omnium, qui de hac re fecere aliquam in scriptis suis
 mentionem, testimonijs probatum esse, Germanis prædictis & non Bel-
 gishoc cælestis muneris commentum imputandum esse, quæ paulò post
 ordinè producentur. Iunius autem ille anno orbis redempti 1512. natus est
 climacterico enim magno ætatis anno, in Zelandia an. 1575. obiit, ita vt
 sexaginta ad minimum anni inter illius viri natiuitatem & typographiæ
 incunabula, quæ ad annum 1450. vel circiter communiter referuntur, in-
 tercesserint. Huius igitur Hadriani Iunij solius testimonio & auctoritate
 nituntur omnes reliqui, qui Moguntinorum laudibus obstrepunt, isque
 vicissim solas fere Harlemensium fabulas in testimonium profert, cui lu-
 dico rei seriæ fulcimini, reliquisque eius assertionibus omni probabilitate
 & probatione hæctenus destitutis quantum fidi tribuique possit, contra
 totius seculi & amplius indubitatum & vnanimè consensum, contra gra-
 uissimorum scriptorũ, magnamque partem ocularorum testium aucto-
 ritatem, contra ipsa denique euidentissima & etiam nunc superantia re-
 rum testimonia, infra suo loco trutinabimus. Iunius igitur in Bataviã suã
 vbi laudum domesticarum vocalissimum præconem agit, id ita scriptum
 reliquit, vt tamen non videatur sustinuisse viuis in lucem dare. Est enim
 opus illud posthumum, quod anno Domini 1588. decimo tertio post Iunij
 obitum, ex Raphelengianã officinã de mũ prodijt, vt Svveertius in Athe-
 nis suis, ac ipsamet Iuniana editio testantur. Hæc præmittere volui, vt
 æquus & veri studiosus lector cogno scat, quantum huius vnus assertioni

*Partitio &
ordo dicen-
dorum.*

tribuendum putet contra multas grauesque maximorum virorum publicas affirmaciones, qui Iunium ætate superarunt omnes, bonam etiam partem ipsius inuentæ artis tempore in vivis fuerunt. Horum enim testationes, vt ordinem quo progredi intendimus Lector videat, præmittentur, easque Iunij eorumque quos partim in hac hæresi sua sequaces habet assertions, partim solummodo dubios & suspensos fecit verba subsequenter excepti vicissim à recentioribus non paucò numero, qui Batauicis istis commentis non attentis veteri & veriori pro Moguntinis sententiæ firmiter adherere perseverarunt. Deinde ad Batauorum obiecta respondebitur, ac dicta quæ ipsimet ab ea parte producti testes hac de re, vt cum I Cris loquar deponunt examinabuntur: vbi simul rerum testimonia ad nouitiam illam sectam tantò solidius retundendam proferentur, ac tandem de tempore, ac vero auctore Typographici inuenti tractatio lucubratiunculæ huius colophon statuetur, ita tamen, vt strictim nonnulla Coronidis loco atroxantur de propagatione & exercitio tam præclaræ artis; Non indignabitur autem Lector beneuolus, nec improbabat, tam numerosa & densa huius rei à me citari & proferri diuersorum auctorum testimonia dummodo probè animaduertat, & consideret omnem hanc controuersiam, vt pote in facto & gestæ rei circumstantijs consistentem, testium fidei potissimum inniti, quos tum hac de causa, tum ob sequentem etiam tanto frequentiores examini lectorum sistere conueniens & necessarium putauit, quod contemptius fere & abiectius Bataui de illis referre & censere soleant, imo vt plurimum illis dissimulatis, non nisi Moguntinos nominare consueverint, quasi illorum sola venditatio & opinio ab ista parte fidem faceret, ac non potius tot & talium è diuersis nationibus in omni eruditionis genere excellentium virorum, quos in mediũ producere accinctus sum, auctoritate Moguntina causa fulciretur. Ne tamen lectoribus prolixior illa testimoniorum recensio, forte tædio sit, diuersitate typorum illa à reliquo textu distinxit, vt à volentibus tantò expeditius præteriri possint. Cæterum ne prædictis ansa cauillandi hoc ipso præbeatur, vicissim omnes illos quos hactenus reperire potui, qui Harlemensium cum de typorum inuentione agitur, vel obiter meminerint, ordine retuli, & exhibui omnes; quo ipso etiam lectoribus constare, & notum fieri cupio me non nisi bona fide in præsentis negotij pertractatione versatum esse,

vt ætate ferè supparem, ita autoritate & Germanicarum rerum notitiã non inferiorem, qui cap. 65. Epitomes sequentia tradit. Nec enim piger integrum locum adscribere, licet notissimus sit, eò quod plerique qui deinceps Typographices eiusq; inuentionis meminerunt VVimphelingij huius testimonio & autoritate potissimum nitantur: Anno Christi 1440. Friderico III. Romanorum Imperatore regente magnum quoddam ac pene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi à Ioanne Gutenberg Argentinenſi nouo scribendi genere reperto. Is enim primus artem impressoriam (quam Latini excusoriam vocant) in vrbe Argentinenſi inuenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter compleuit. Interea Iohannes Mentel id opificij genus inceptans, multa volumina castigatè & politè Argentina imprimendo factus est breui opulentissimus. Huic successit Adolphus Ruschius, mox Adolpho Martinus Flaccus, qui & ipsi Argentinenſes in natali solo cum laude & gloria hanc artem exercuerunt. Is est ille Martinus Flaccus, qui dum in humanis esset iunctus affinitate fuit nostro Matthia Schurer homini sanè docto, probò & integro, cuius quotidiano conuictu assiduã familiaritate ac consuetudine charissime Thoma (ita alloquitur Thomam VVolfium Iuniorum, cui opus illud inscripsit) & valde recrearis & mirificam voluptatem capis. Nec solum nostri in hac arte Argentina floruerunt, sed eandem etiam alibi tractantes & decus & emolumentum sunt consecuti. Ita Sixtus Rufinger Argentinus Neapoli anno 1471. libros quomodo imprimi possint primus monstrauit, ob quod factum Ferdinando regi & Neapolitana nobilitati charissimus extitit. Huic sæpe ab ipso rege Episcopatus & amplissima dignitates oblata sunt. His omnibus patriam Argentinam præferens ad nos concessit, estque hodie vitã superstes vir ob dignitatem sacerdotalem & senium reuerendus. Præterea Vdalricus cognomento Han sub idem ferme tempus formas librarias, re inauditam, nec vnquam Romanis visam Romã attulit. Fuit is natione Germanus, cui cognomentum (vt dixi,) erat Han, id latine gallum gallinaceum significat. Hoc ideo scribo quia Campanus & aliquot docti existimauerunt hunc Vdalricum natione Gallum fuisse, quod plane falsissimum est. Is tamen error ideo emanauit, quod cognomen familie traductum fuit in latinum, quod Hermolao Barbato auctore nunquam fieri debet. Nomina enim & cognomina oppidorum propria, sicut hominum quacunque linguã retineri solent. Itaque Vdalricus Han cum hoc diuino opificio rem literariam ex inopiã ad ingentem vbertatem produxisset, Antonius Campanus in illum iocatus hoc tetraſtichon edidit.

*Anser Tarpeij custos Iouis, unde quod alis
Constreperes Gallus decidit, ultor adest*

V lri-

*Vlricus Gallus ne quem pascantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.*

Non est pretereundus Ioannes Prus in uiceps noster, qui hanc artem hodie in vrbe Argentina diligenter excolit, qui infima volumina studiosis legendi dedit. Multis summi & celebres viri hoc impressorum manu laudauerunt, vt Polydorus Vrbinas, vt Beroaldus preceptor meus is in quadam oratione sua: Quid inquit ingeniosus inuentum quam literaria impressoria, vel vt Latini loquar excusoria, qua nihil utilius. Et alibi idem Beroaldus in quodam hendecasyllabo

O Germania muneris repertrix

Quo nil utilius dedit vetustas

Libros scribere qua doces premendo.

Non piguit in presentia eos qui calcographiam vel inuenerunt, vel illustrarunt memorare. Non sunt enim tanta rei auctores sua laude fraudandi, praesertim vt posteritas sciat, quibus hoc diuinum & immortale munus acceptum referre debeat. Hæc Vimpelingius circa annum 1502. vel 1504. aliquot annis ante natum Hadrianum Iunium scripsit, cuius etiam locus adscribi debet è Catalogo Episcoporum Argentinensium, vel ideo quod illic quodammodo se corrigere videtur in illis quæ de Gutenbergio affirmauerat: sub hoc Roberto (Episcopo stirpis Banaricæ) nobilis ars impressoria inuenta fuit, à quodam argentinensi, licet incompleta, sed cum is Moguntiam descenderet ad alios quosdam in hac arte similiter laborantes ductu cuiusdam Ioannis Gensfleisch ex senio cæci in domo Boni Montis Gutenbergii, in qua hodie Collegium est Iuristarum ea ars completa fuit in laudem Germanorum sempiternam. Huic tertium adiungo CONRADVM PEUTINGERVM ICIUM Augustanum Friderici III. Maximiliani I. & Caroli V. Imperatorum consiliarium virum vt raræ suo æuo eruditionis, ita etiam nunc apud memorem posteritatem celeberrimi nominis, qui in sermonibus conuualibus suis, præmissis Conradi Celtis & Sebastiani Brandi de Typographia Moguntia inuenta testimonijs (quæ infra suo loco referemus) ita inquit: Mouit mihi stomachum preceptor meus rerum veterarum alioquin solertissimus inquisitor Pomponius Lætus: voluit enim nobis Germanis artis impressoria laudem præripere (qui ad Augustinum Maphæum scribens ita ait: Imprimendi facultatem multis sæculis intermissam, paulo ante reuocatam esse. Vnde hoc diceret ego plurimum cunctatus sum, tandem ex Francisco Cardulo Narmensi didici, eum Diui Cyprian sententia fretum fuisse, is enim de Idolis scribens inquit: Saturnus literas imprimere & signare nummos in Italia primus instituit, qui licet rarus

B

apud

apud Pomponium vetustatis inuestiganda Christianus testis est, fidem tamen non facit, Diuum Cyprianum de ea impressoria arte, quã nunc vvimur, locutum fuisse, sed & Saturni tempore calami vel penna vsus non erat, literas forte ferro. vel lignis impressit, ceterasque docuit non coniunctim, verum singulas particulatim imprimendo debito ordine locare: vel vt idem noster Episcopus Iergestinus opinatur, Saturnum docuisse literas imprimere eas quæ in numismatis expressæ sunt non quæ nunc papyro imprimuntur. Signauit enim is primum in Italia cum Lano monetam, & in as. impressit literas. Haetenus ex Peutingero, cui quartum succedere facimus IOANNEM NAUCLERVM Præpositum Tubingensem. luculentissimum hystoriarũ vniuersalis auctorem, qui sub generatione 49. (ita enim illi opus suum partiti placuit) sequentia habet: Circa annum Domini 1440. Fridericus III. regnante, ars impressoria excudendorum librorum stanneis formulis apud Moguntiam Germania ciuitatem primum cœpit, quod inuentum nescio an vnum supra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia sua, vel vtilitate efferat. Tot extant hodie trium principatum linguarum auctores, tot fidei Christiana monumenta, tot instaurati, huius inuenti gratia libri, vt planè diuinitus datum munus reip. crediderim. Debent Germania litera debent auctores boni, quibus hoc opere immortalitas est parata. Quamobrem Philippus Berwaldus & egregiè doctus homo & Germania præcipuè studiosus in illius laudem ait: O Germania &c. (habes huius hendeasyllabas supra in V.Vimphelingij testimonio) sed fato Germanicis ingenijs datum putarim, vt in arte tractando nostri in primis excellant, quod cum multis alijs patet, tum hoc præsertim impressarum formularum stanno, ac alio inuento, bombardæ scilicet (bellici tormenti genus est hoc à sono sic appellatum) tale id est vt Salamanca nihil amplius mirari soleamus. Germanicum inuentum, aliquanto quam sit impressoria ars vetustius à plerisque scriptoribus impendio doctis celebratum. Haetenus Nauclerus qui inuentorum typographicorum tempore vixit, vt pote ipso an. 1550. Eberhardo V. Vixenbergico suæ postmodum familiaris. Duci primo rectori seu ephorus in adolescentia eius datus. Succedat huic quintus SEBASTIANVS BRANDVS ARGENTINENSIS vir doctissimus & poëta, vt illa ferebant tempora non infelix, cuius hi sunt de excutoria suo tempore inuenta arte versus.

4. Ioan.
Naucler.
1550.

5. Seba-
stianus:
Brandus:

Nuper ab ingenio Rhenanæ gentis & arte
 Librorum emerfit copia larga nimis.
 Et qui diuitibus, vix regrebuenerat olim
 Nunc liber in tenui cernitur esse casa.

Gra

*Gratia Dñs primum mox impressoribus aqua
Gratia, quorum opera hac prima reperta
via est.*

*Quæ docuit latuit Græcos, Italosq; peritos
Ars noua Germano venit ab ingenio.*

Quæ de Germano hic ingenio & Rhenana gente ait, dubito an de Argentinensibus suis (fuit eius urbis ciuis & Syndicus) an vero Moguntinis intelligi velit: certe de Batavis illum nec somniasse certus sum. Brandus hic siue Titio sub annū 1488. natus an. 1520 sexagenario maior decessit. Huic sexto loco Poëtam poëtæ addo CONRADVM CELTEN, primum qui Germanica gente temporaliter Apollinea cinctus fuerit, is autem libro 3. amorum elegia 13. sequenti disticho Rhenum alloquitur:

Iamq; Mogunciacæ vastus te flectis ad urbem

Quæ prima impressas tradidit ære notas.

*Qualẽ ego te memorẽ? talẽ qui inuenerit artẽ
Italicis Graijs plus memoranda viris.*

Eiusdem rei idem scriptor lib. 2. amorum Elegia 1. meminerat ijs versibus, qui non minus ac præcedentes hic legi digni sunt:

*Mens mihi Rhenanam fuerat descendere ad
urbem*

Cui Cia cum Mogano nomina clara dabãt.

*Quæ docuit spretis Germanos scribere pennis,
Cernitur ut pulchris littera pressa notis.*

Iste autem Celtis de amoribus suis elegia Viennæ prodierunt an. 1502. decimo ante natum Hadrianum Iunium anno ipse que author haud ita diu post an. 1508. ad plures ex hac vita abiit fere quinquagenarius; Eiusdem Celtis de hac re testimonium extat apud Irenicum, qui de illo ait: Celtis Moguntia primum excusas has notas scribit his verbis: Ex altera autem Mani ripa, ubi Francfordia & Aseburgum vrbes montesque è regione Moguntia Urbis, quæ prima sculpsit solidas ære characteres & versis docuit scribere literis. His succedat t r i g a

7. Philip-
pus Be-
roaldus.

8. Raphael
Volaterra-
nus.

9. M. An-
tonius Sa-
bellicus.

Italorum Volaterranus, Sabellicus & Fulgosius: BEROALDVM enim iam in superioribus in VVimphelingij testimonio relatum, ne actum agā prætermitto, cui tamen septimum inter testes locum æquus lector non negabit: VOLATERRANI autem verba lib. 33. Anthropologiae hæc sunt: Sed iam diuina providentia ingeniorum immortalitati consultum, quando nouo portenta reperit hoc seculum non describere libros, sed fingere, ex aeneis characteribus atramento scriptorio perfusis pagina torcularibus expressa. Authores duo e Germania fratres Romæ exierunt anno 1465. primi que omnium Augustinus de ciuitate Dei & Lactantius prodire. Hic Raphael Massæus Moguntia quidem expressim non meminit, vti neque primi in Germania inuentoris, sed propositum mihi est illorum omnium quotquot quidem in præsentiarum conquirete possum catalogum contexere, qui ita typographicae artis mentionem faciunt, vt generationi saltem ad Germanos illam referant, sine Batavorum aut Harleimi memoracione. Quicumque enim veterum ante Iunium in Germania repertam fuisse typographiam scripserunt, quin de Rhenanis, & ijs quidem superioribus intelligi debeant, nemo vel ex ipsis Batavis contradixerit. SABELLICVS autem Ennead. 10. libro 6. propius rem tetigit, cuius verba hæc sunt: per idem tempus (agit autem de Maripetri Ducis Veneti Imperio qui Callisto III. summo Pontifice certam illic portus est, ac sub Pio II. obiit) libraria impressio apud Italos vulgari cæpta est res sane memorabilis, nec minore admiratione digna, sed multo admirabilior futura, si non adeo vulgari contigisset. Mirum & vix credibile dictu, sed verius vero tantum literarum vno die opificem vnum formare, quantum vix biennio velocissimus queat librarius. Commentum id Teutonicum fuitque ab initio in multa, vt debuit admiratione, nec minore quæstu. Pulcherrimi inuenti auctor Ioannes Gutenbergius, equestri vir dignitate, Maguntiaque res primum tentata est, maiori quidem fiducia, quam spe, annis circiter sexdecim priusquam in Italia res cæpta sit vulgari. Sunt qui inter initia Pientini Pontificatus id opificium Italia inuectum dicant, quod non multum sit diuersum ab eo quod alij prodidero, vt in eum ipsum annum Callisti exitus inciderit, & Pij Pontificis creatio. Sed vtiunque res signanda est, claruerunt plerique eiusmodi opificio, sed omnium maxime opibus, & elegantia literarum forma nullum ceteros antecellunt Nicolaus Ienson & Ioannes Colonienfis ambo Teutonici, quibus multi diligentem operant nauarunt. varia recognitione vt in iure Pontificio Petrus Tretius, quem audio gloriari solitum triginta voluminum millia ex formula sua recognitionis librarijs officinis impressa. Reddidit Maripetri principatum ad posteror illustriorem librarij impressio, res humano generi gratissima, qua omnis vita continetur. & vastitas Italia. Sabellicus hic quoque suo vixerit nouissimum, obiit enim anno salutis 1507. ætatis 70. vt Leāder, Albertus & Abrah. Bucholcerus testatur. BAPTISTA

EVLEGO

FULGOSIVS, is qui an. 1483. Genuæ principatu Pauli patris sui scelere de-
 iectus est, typographica inuentionis lib. 8. factor. & director. memorab. cap.
 II. ex Camilli Gillini interpretatione sequentibus meminit: Omnem mecha-
 nica artis effectum, non recentis modo, verum etiam antiqua illud superauit quod scri-
 bendo Gutenbergius Argentiniensis ostendit primum inuenta à se imprimendarum
 literarum scientia. Nam non solum vna die imprimendo plura scribere, quam vno
 anno calamus docuit, verum causa etiam extitit, vt aucta librorum commoditate,
 bonarum artium scientia, qua inter mortua erat velut ab orco excitata videatur. Visus
 est enim immortalis Deus huiusmodi industriam huic homini diuinitus infudisse, vel-
 ut commiseratione motus, quod tantarum doctrinarum volumina scribendi difficul-
 tate perirent. Per hanc igitur literarum impressoriam artem preclarissimi auctores,
 et scilicet ante fuerunt, tamen anno salutis quadragesimo & quinquagesimo supra
 mille haud iniuria iterum nati esse dici possunt. Obiter hic interere liceat LAU-
 RENTII VALLÆ de huius artis inuentione tetrastichon (extat in operum
 eius An. 1540. Basil. impressorum frontispicij opisthographo) vti omnium
 antiquissimi, qui eius meminisse reperiatur, vel saltem, quod nemo nega-
 uerit Sipontino & Aprutino præsulibus synchroni, obijt autem Romæ
 an. 1465.

sta Fulgo-
sius.11. Laurē-
tius Valla.

*Abstulerat Latio multos Germania libros,
 Nunc multo plures reddidit ingenio.*

*Et quod vix toto quisquam perscriberet anno
 Munere Germano conficit vna dies.*

Sed cis Alpes iam reuertit aliquando oportet, vt reliqua Germanorum
 testimonia videamus, è quibus ANDREAS ALTHAMERVS in suis ad Ta-
 citi Germaniam commentarijs, ad illa verba: Literarum secreta viri patri-
 ter ac feminæ ignorant: At quem fugit (inquit) quanta interim facta sit mutatio
 omnium populorum rituumque, quod Germania, vt quæ olim literarum disciplinis
 erat inculta, agræstibusque populis horrida, edificiorum tenuitate ac mera rusticitate
 referta, nunc nulla non parte sit florentissima, ingenijsque præclaris secundissima. Quæ
 dona cui accepta referam nisi Deo Opt. Max. atque item mortalium industria, quæ di-
 uinum illud excudendorum librorum stanneis formulis inuentum apud Germanos
 nostros excogitauit, quod Mogunciaci cepit post incarnationem Iesu Christi. Seruato-
 rii nostri an. CCC. XL. Frederico tertio, Romanorum ac Germanorum imperium
 administrante &c. Huic in ordine decimus tertius succedit PETRVS APIA-
 NVS vltimè in re Mathematica nominis, vt etiam Carolum V. iam tunc

12. An-
dreas Al-
thamerus.13. Petrus
Apianus.

14. Seba-
stianus
Münsterus.

Imperatorem & domandæ Germaniæ intentum meruerit habere discipulum, qui lib. 2. Cosmographiæ ait : Moguntia limes alta & Bassa Germania in qua laudabilis illa & vtilissima ars impressoria circa annum Domini 1453. per Iohannem Faustum inuenta est. Huic alterum succenturiabo Cosmographum SEBASTIANVM MVNSTERVM, cuius hac de re verba è cap. 159. lib. 5. prout è Germanico illa transtuli. (latinus enim textus cū hæc commeteret ad manum mihi non erat) ita habent: Ab an. 1440. vsque ad annū 1450. nobilis imprimendi ars Moguntia reperta est. ea Moguntia Coloniam, deinde Argentinam & Basileam tandemq; Venetias delata est. Primus eius author & inuentor Ioannes Gutenbergius, qui *Jum Jungel* dicebatur. usq; ciues alios duos Moguntinos adiutores habuit Ioannem Faustum & Ioannem Medimbachium qui artem hanc in secreto tenuerunt, famulis de ea non propalanda iureiurando constrictis. Si maiores nostri ante 100. vel etiam 1500. annos huius artis copiam habuissent, quot quantosq; nobis dedissent doctrina & scientia excellentes, praeclarosq; viros, quantum historiarum in hominum memoria remansisset, quæ tali destituta adminiculo aeterna obliuione obruta sunt. Quamuis enim antiquitus libri quoque conscribi consueuerint, non potuerunt tamen tantopere multiplicari, pro vt nunc in millena & amplius exemplaria libri transcribuntur, adeo vt si decem, viginti, pluresue incendio alijsve casibus depereant, potissimum tamen parte supersint, & in totum interire nequeant. Singulare igitur Dei munus reputari debet, quod nostro hoc tempore artificium id inuentum sit, cuius beneficio veterum authorum numero libri puluere obsiti & in angulis delitescentes in lucem producti fuerint, qui aeternum latuissent, vsibusque hominum fuissent subtrahati, nisi per typos essent renouati. Hieronymus Osorius hanc artem dudum in China repertam vult, reperiri que tradit libros in isto regno impressos. Hæc Münsterus, cui HULDRICVM MUTIVM plena historicorum Pleiade comitarum succedere facio, qui libro historiarum siue Chronici sui Germanici 28. hanc rem ita narrat. Hoc tempore bombardæ à Germanis sunt inuenta, breuique post est ars illa libros stanneis typis imprimendi inuenta, diuinum plane inuentum. Moguntia autem authoribus Germanicis cœpit ab admodum paruis exordijs, sed breui vt videmus creuit industria humani ingenij in eam perfectionem. Duobus à Germanis inuentis illis quantum debeat hominum genus pauci vident, nec à quoquam quod sciam satis predicatum, cum nihil sit tam fere paruum, quod non inuenerit aliquem qui celebrarit. Is Mutius an. 1539. historias suas Eusthatio Quercetano Philosopho & Medico Gallo inscripsit, fuitque eodem fere tempore IOANNES AVENTINVS, qui sub Boicorum annalium nomine omnis fere Germaniæ res gestas & antiquitates complexus est, & de Typographia libro septimo quæ sequuntur refert. Hoc anno (1450.) magnum ac vere diuinum beneficium Ioannes Faustus Germanus cuius Moguntinus generi humano contulit, nouum scribendi genus haud dubie

15. Hul-
dricus
Mutius.

16. Ioan.
Auenti-
ni.

caelitus reuelatum (quod Calligraphiam excusoriam impressoriamque vocare solent) inuenit, & biennio compleuit, consuluit pater indulgentissimus honestis literis, authoribus praeclaris, de quibus actum fuisset, ita torpore languescimus, adeo delicatuli sumus, sicut antea, librorum, tantum literarum vno mense ab vno homine imprimitur, quantum vno anno à pluribus scriberetur. Quod Campanus Aprutinus Pontifex vno versu elegantissime scribit.

Imprimit illa die quantum non scribitur
anno.

Hinc indies magis ingenia vigent, studia literarum florescunt, copia librorum paruo ere egenis suppetit, omnes ad capeendas praeclaras artes tanta librorum commoditate alliciuntur. Hoc caelestissimum munus à Fausto & Petro Schaeffer de Garenshheim genero suo, cui vnicam filiam Christinam desponderat, inter secreta adactis omnibus socijs fidem iurisiurandi religione habitum, decimo post anno Fausti minister Ioannes Gutenbergius Argentoratensis in Germania vulgavit. Municipis huius Ulrichus Han, hoc est, Gallus, Xystus Resius Romae Italiaeque, intulere. Vbi hoc artificio memoria Aldus ille Manutius vir ad instaurandas literas natus claruit. Nunc vero in Germania Basilea Iohannes Frobenius, Hagenoie Thomas Anshelmus, Argentorati Matthiae Scharerius, Moguntiaci Petrus Schaefferius nepos ex filia authoris huius inuenit, alij item alijs Germaniae ciuitatibus, quorquor vbiq; ante fuerunt, & adhuc sunt superat, longoque interuallo post se relinquunt, Graeca, Hebraica, Latina diligentissime & quae emendatissime excudunt, optimos quosque autores sacros, profanos, in triplici lingua Poetas, Oratores, Historicos, Philosophos, maximè religionis nostrae priscos heroes certatim passimque restituant, & periculi anti reipubl. pro virili suppetias ferunt. Perditissimos tamen mortales, inuenias quattanto Dei Opt. Max. dono ingratis ac plane impietissimi existant. Auguror equidem propediem sceleratissimum hoc genus hominum poenas a iustice Christo impietatis daturum. Post Auentinum Synchronus eius PAULVS LANGIVS Citizenensis chronici auctor audiatur, cui vti ^{17. Paulus} Trithemij familiari, discipulo & laborum socio in rei literariae historia ^{Langius.} plurimum fidei tribui oportere censeo. Is igitur ad annum 1454. ita narrat: Circa id tempus ars imprimendi libros primum in Germania exorta est. Moguntia per Petrum Gutenbergium equestris ordinis virum, qui solertissimo ingenio nouam scribendi artem, simul & nouum atramenti genus, quo impressores tantum vtuntur excogitauit. Magnum certe ac vere diuinum munus. Tantum enim vno die ab vno homine literarum imprimitur, vel (vt latinus loquar) formis excuditur, quantum toto anno a pluribus scribi non potuisset. Meminerit lector, quos refero autores loci probandi ergo in medium produci. Nam ipsos inuentores variè confundunt, & diuersos de illis errores narrant. Addit deinde Langius Campani & Seba-

18. Ioan. Carion seu Philippus Melancthon. & Sebastiani Brandi versus superius iam relatos. IOANNES CARION in Chronico à Melancthone aucto & continuato huius impressorij negocij sequentibus mentione facit: Anno quadragesimo supra mille quadringētos eo ipso scilicet quo imperium in iſte Fridericus inuentum est saguntate & solertia Germanorum artificium typographicum excudendi libros characteribus ex metallo nigri cineris, plumbi, aris & stybij conſtat, Moguntia primos codices excudente. Nec prætermittendus est AVCTOR PARALIPOMENON ad Vrpergensis Abbatis Chronicon, qui tamen bona fide VVimpelingium transcripsit (ideo eadem repetere superuacuum est) ipsismet eiusdem verbis vbique retentis, nisi quod quæ hic ad an. 1440. illa ad 1446. (potest tamen in numerum error irrepsisse) refert, quod ideo adnoto, quia inter cætera de tempore inuentionis calcographicae infra disquirendum erit. Porro recentior aliquis vt diuersitate typorum videtur editor voluisse indicare, ad ista Paralipomena hæc adiecit: Alij volunt Ioannem Faustium primum Moguntia inuenisse. VVimpelingius in catalogo Eporum putat Argemoratensem ciuem incomplete inuenisse, descendisse vero Moguntiam ad alios quosdam in hac arte inuestiganda laborantes ductu cuiusdam Iohannis Gensfleisch ex sentio cæci in domo Boni Montis sum Gu-
 20. Ioānes Funccius. tenbergian qua completa est hæc ars. At præsentis visio non opus est querere vestigia, vt
 chronologicum an. 1554. Basileæ prodijt ad annum 1440. Ars imprimendi libros Moguntia inuenta à Ioanne Faustio. Maß. quidam Gutenbergium vocant & Argentinersem ciuem fuisse tradunt, alij aliter: Moguntia tamen primum præsum fuisse certissimum est. THEODORVS ZVINGERVS in laboriosissimo suo
 21. Theodorus Zvingerus. Theatri vitæ humanæ opere volum. 19. lib. 1. p. 3196. hanc rem ita exequitur, vt Auentini & Sabellici testimonijs (illa superius vidimus) præmissis Petri Rami assertioni potissimum inniti videatur quæ apud illum excat in
 proœmio lib. 2. Scholarum Mathematic. Typographia inquit, inuentio videtur in Purbachij tabulis ad Iohannem Regiomontanum referri, inter cuius opera saltem tentata ars illa mirifica literarum efformatrix appellatur. Neque Chronologia repugnat, cum primum typographia exemplum Moguntia editum sit anno 1466. à Petro Gerneſo puero Ioannis Fustei, vt constat, è Ciceronis officijs, quæ prima omnium librorum videtur typis æneis impressa. Horum exemplum Petrus Ramus habet in membrana impressorum, quæ ad finem hanc adscriptionem continent (illa hic omittitur infra suo loco reddenda) Hæc adscriptio, pergit Zvingerus, tempus indicat libri primum Typis impressi. Ita ars artium omnium conseruatrix typographia & Mathematicis Germanie primum nata videtur. Idem Zvingerus deinde pag. 3199. ait: Germani artem tormentariam & typographicam vniuerso Christiano orbi communicauerunt. Egnatius lib. 8. cap. 11. porro Zvingeri huius theatrum prodijt
 Basileæ

Basileæ apud Frobenios fratres anno 1571. Iam ad FRANCISCUM IRE-
 NICVM veniamus, celebrè Germanicarum rerum Exegeren. Is lib. 2. Exe-
 geseos cap. 47. allegatis Polydori Virgilij & Philolphi (de quibus mox vi-
 debimus) tum Pomponij Læti, Campani, Celtis, Peutingeri, Beroaldi au-
 thoritatibus; quibus ex parte contradicit, & refutationem opponit, inter
 alia sic scribit: Campanus quoque ignorantia nominis inventoris lapsus est. Fuit
 enim nomen repertori Vadalricus Hant qui cognomen in latinum versum Galli siue
 Gallinacæi accepit. Campanus vero nomine deceptus artis illius inuentorem natione
 Gallum existimabat, vnde in illum sic vocatus est illo setrasticho: Anter Tarpeij &c.
 Peutingeri vero & Polydorus, vbi supra, Germanum nomine Petrum apud Mogunti-
 nos artem excogitasse scribunt, vnde Conradus idem Germanus excusa exemplaria
 Romam primus dedit. Re autem vera author sua laude defraudatus est. Anno enim
 Domini MCCCC. IX. (ita in primordiali editione, quæ an. 1518. cum Leonis
 X. privilegio prodijt, numerus corruptus est, verum istud mendum edi-
 tio anni 1570. quæ Brubachiorum heredum typis Francofurti prodijt è
 medio remouet, illa enim 1440. habet) sub Friderico III. à Iohanne Gutenber-
 gio Argentiniensi ars illa inuenta est in vrbe Argentina. vnde proficiscens Moguntia &c.
 Quæ enim sequuntur, vt pleraque alia è VVimphelingio deprompsit. Et
 deinde: Alij in prædio Alsatia Ruffenburg inceptam primitus hanc artem fuisse scri-
 bunt, quod à sono imprimendorum librorum dixerunt. Moguntiam primitus impres-
 sos libros detulerunt, vnde fama illic repertam fuisse hanc artem. Scripsit de hac arte
 epistolam honestissimam Nicolaus Sipontinus Episcopus ad Franciscum Guarinum
 (ita corruptè ab Irenico vocatur, cum rerum eius cognomen Guarnierius
 sit) Hanc autem epistolam Peretti, quia in sequentibus producere mihi
 propositum est, hic consulto prætermitto: verum ne Germanis potissi-
 mum, hoc est, domesticis testibus niti videar, italjs illis quos supra iam re-
 tuli reliquos adijcio, quis enim accuratam alicuius ordinis obseruationem
 in huiusmodi recensione exigat aut seruet? Illorum agmen ducat POLY-
 DORVS VARGILIVS Virbinas, qui de rerum inventoris lib. 2. c. 7. scri-
 bit: Fuit illud igitur omnino magnum mortalibus munus, sed nequaquam conferen-
 dum cum hoc, quod nostro tempore adepti sumus, reperto nouo scribendi genere. Tan-
 tum enim vno die ab vno homine literarum imprimatur, quantum vix toto anno à
 pluribus scribi possit. Ex quo adeo disciplinarum omnium magna librorum copia ad
 nos manauit, vt nullum amplius superfuturum sit opus, quod ab homine quamuis egeno
 desiderari possit. Illud in super addo, quod authores quoque plurimos, tam Græcos quàm
 Latinos ab omni prorsus interitus periculo vindicauit. Quare tanta rei author non est
 sua laude fraudandus, præsertim vt posteritas sciat, cui diuinitum beneficium acceptum
 referre debeat. Itaq; Iohannes Gutenbergius natione Teutonicus, equestri vir dignitate

22. Fran-
ciscus Ire-
nicus.23. Polydo-
rus Virgi-
lius.

C

(ita

(ita editio Stephaniana, verum in antiquis Petrus non addita cognominis natione vocatur, atque hoc modo nominatim habet editio Argentinenfis Matthiae Schurerij de an. 1509. nec aliter etiam à Seratio citatur, quem textum pessimo exemplo postmodum interpolant) ut ab eis civibus accipimus primus omnium in oppido Germania, quam Moguntiam vocant, hanc imprimendam literarum artem excogitavit, primumque in ea exercere cepit non minore industria, reperto ab eodem, pro ut ferunt, authore nouo atramenti genere, quo nunc literarum impressores tantum vtuntur. Decimo sexto deinde anno, qui fuit salutis humanae M. CCCC. LVIII. quidam nomine Conradus homo in idem Germanus Romanam primum in Italiam attulit, quam dein Nicolaus Ienson Gallicus mirum in modum illustravit, quae passim hac tempestate per totum fere terrarum orbem florere, de qua plura loquendi labore supersedeo, eius inuentorem ac simul vnde ad nos delata fuerit prodidisse, haud me parum fecisse ratus, cum ea omnibus longe notissima sit, quae propterea ut ab initio non minore questu, quam hominum admiratione vulgari cepit: paulatim velut auguror futura est, vilior. Hæc Polydorus cui antiquiorem FRANCISCVM PHILELPHVM proximè iungo citatum ut dixi à Francisco Ilenico, cuius fide is adducitur, Locum enim ex epistolis Philelphi hæc sunt: Extat & Francisci Philelphi Epistola de arte impressoria, ubi suo tempore repetitam esse hanc artem ostendit, & quasdam literarum formulas refert, & inuentores huius æternæ laude dignos æstimat. Suspicio epistolam illam extare in editione pleniori Epistolarum Philelphi quæ An. 1502. Venetijs 37. libris prodijt, quam mihi necdum videre contigit. IACOBY S. PHILIPPVS BERGOMENSIS lib. 15. supplementi Chronic. ad an. 1458. Ars imprimendi inquit libros his temporibus in Germania primum enata est, quam alij repetam esse asserunt à Curbimbergo Argentino, alij à quadam alio nomine Fausto, alij à Nicolao Gensone prædicant, pro qua innumerabiles authores ipsi congregarunt diuitias, quæ certe nulla in mundo dignior, nulla laudabilior, aut profecto vttilior siue diuiniore aut sanctior esse vnquam potuisset, in cuius laudem quidam ex nostris hoc cecinit versus, dicens:

*O felix nostris memoranda impressio seclis
Inuentore nitet vtraque lingua tuo,
Desierat quasi totum quod fundis in orbem
Nunc paruo doctus quilibet esse potest.*

Omnes

24. Fran-
ciscus Phi-
lelphus.

25. Iaco-
bus Ber-
gomensis.

*Omnes te summis igitur nunc laudibus ornent
Te duce quando ars hac mira reperta fuit.*

PAVLVS etiam IOVIVS licet lib. 14. histor. Chinenſibus typographicæ 26. PAN-
artis inuentorem adtribuat, ſequæ facile credere dicat eius artis exempla antequã
Eufitani in Indiam penetrarint, per Scythas & Moscos ad incomparabile literarum
praſidium ad nos perueniſſe, in elogijs tamen ſeu Muſæo tanquam oblitus ſui
& hiltoriarum ſuarum, quibus quantum docti fidant, & tribuant notum
eſt, ingenuè in veritatis ſuffragationem calculo ſuo abit, inquiens: *Aſſertur
enim latiffima ſeges ab ipſa mirabili Germanici cœli ſecūditate. Occulta certè ſyderũ
commutatione eueniſſe arbitramur, vt illud cœlum moleſtis boreæ flatibus frigore ge-
luque damnatum horrida dudum torpentiaque ingenia mollierit ac excitariit. Neque
enim contenti ſua veteri militia laude, qua Martium decus Romanis gentium victori-
bus ereptum, ſtabili diſciplina ſeueritate feliciter uentur: ipſa etiam pacis ornamenta,
literas optimasque artes decoquenti Græcia ac Italia dormitanti (quod pudeat) abſta-
lerunt: Patrum ſiquidem noſtrorum memoria architecti imprimis ac exinde Pictores,
ſtatuarij, Sculptores, Mathematici & perarguta manus Artifices, ac item aquileges
Septempedarjque à Germania petebantur. Nec mirum cum antea inuſitata & por-
tentofa inuentionis areas formas excudendis libris & formidanda bello anea tormenta
nobis attulerint. Hæc Nucerinus Præful, cui IOAN. BAPT. EGNATIVM 27. Bapti-
adiungerem, niſi in ſuperioribus vbi de Zvvingero agebatur testimoni- ſta Egnat-
eius relatio facta eſſet. IOANNES igitur BOTERVVS famoſi nominis Politi- tius.
cus, præterquam quod in relationibus hiltoricis ſuis diſertè tormentariæ 28. Ioan.
& excuſoriæ rei Germanos inuentores cum reliquis conſtituit, hoc eodem Boterius.
de negotio in libris de fortunâ illuſtrium vitorum & urbium origine ta-
litter diſcurrit, prout per Gaſparum Enſium verſus eſt: *De auctore artis im-
preſſoriae hic non digladiabor: ſummum id DEI beneficium grato animo nos ſedulo do-
cet agnoſcere. Ab vno enim homine vno die tantum literarum imprimitur, quantum
vix toto anno ſcribi poſſet. Singulis enim diebus in quolibet prælo in Germanorum
quidem Typographijs per mille ſexcenta charta, nonnunquam etiam quater mille, in-
terdum etiam vltra. PALMERIVS Pifanus in Chronico ſuo ad an. 1457. 29. Pal-
merius.
Quantum literarum ſtudioſi Germanus debeant, nullo ſatis dicendi genere exprimi po-
teſt. Namque à Iobanne Gutenberg juni Jutagen Equite Moguntia Rheni ſolerti in-
genio librorum impruendorum ratio anno 1440. inuenta, hoc tempore in omnes
fere orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas paruo are comparata Poſterioribus
inſinitis voluminibus legitur.**

C. 2. notandum est, quod in His

30. Garzō.
Merul.
Meginus,
Bardus.

His qui volunt addere poterunt, ceteros Italarum utpote, THOMAM GARZONIVM in opere vernaculo, cui titulū fecit *Piazza vniuersale* IOAN. ANTON. MAGINVM in *Cosmographia & Hieron. Bardum Florentinum in Chronologia vniuersali* ad an. 1462. aliosque quos sciens prætereo, præsertim quod ferè noui nil proferant, sed in prædictorum sententiam pedibus ferè eant. Cettè GEORGIVM MERVIAM, illum Politiani æmulum, qui in Epistola quam Varronis de re rustica libris à se editis præfixit, nobilem hanc artem contemptim *barbaricum inuentum* vocat, indignum censeamus, vt in computationem admissus numerum faciat. Ad Gallos enim prope- ro, è quibus IOANNES BODINVS licet Germanico nomini nimium ini- quus in cap. 7. *Method. histor.* videri potest, vti etiam STEPHANVS FOR- CATVLVS de *Imperio & Philosophia GALLORVM. CHASSAN. in Catalogo glorie mundi* part. II. considerat. 39. hac de re verba è Polydoro mutuò sumpta sunt, quare ea non repeto, cum illo autem locum inuentionis Mogntiā, Inuentorem *Gutenbergium* statuit. PETRI RAMI sententiam è prologo se- cundi *Mathematicorum* in præcedentibus habuimus, quibus omnibus de- niq; comitem addo ANDREAM THEVETVM Regis Christianissimi olim *Cosmographum*, virum maioris vtique pretij, quam neotericus aliquis: *historiarum* author persuadere Lectoribus suis satagit, in hoc alijque stu- dium & stomachum suum prodens. Is igitur in luculento suo vernaculo o- pere, de *Vita & Effigiebus Illustrum*, *Gutenbergio* quoq; locum de dit hoc ad- dito elogio, prout è Gallico verto: *Putatur hac ars omnium primū Moguntia inuenta esse, que Germania ciuitas est, ad An. 1442. per Ioannē Gutenbergiū homi- nem Germanum & Equestri Ordine conspicuum, qui ibi prima huius artificij experi- menta fecit, inuento etiam nouo atramenti genere, quo etiam nunc Impressores vtun- tur: quamuis sint nonnulli, qui hanc laudem biennio maturius tribuere malint Ioanni Fausto & Iuoni Scheffer, voluntq; ijdem Gutenbergium &c. quæ enim sequuntur ex Henrico Pantaleone mutuata sunt, quem statim tuo ore loquentem in- troducemus. Scribunt aliqui Typographica artis inuentionem primò processisse de Regionibus Catharæ & China, quod ab illis satis inconsideratè proditum est, attento quod Catharæ Regnum & Indiarum Orientalium regiones sexagesimo demum quin- to anno post typographia factam in Europa anno 1442. inuentionem à Lusitanis adi- ta & aperta fuerunt, vti supra ostendimus. Ante annos quidem quadringentos circiter primus omnium Paulus Venetus situm & mores illius tractus descripsit. Verum is ne minimam quidem impressoria artis illic vsitata mentionem facit. Et quod magis me hac in re confirmat, est: Quod Græci, Armenij, Mingreliani, Abyssini, Turcæ, Persæ, Aethiopes, Arabes, Tartari non nisi manuscriptis vtuntur libris, & Turcæ quidem hoc more vtuntur ex ordinatione Baiazethis eius nominis secundi illorum Imperato-*

31. Ioan.
Bodinus.

l. 4.
617.
32. Steph.
Forcatu-
lus.

33. Chaf-
sanaus.

34. Petrus
Ramus.

35. An-
dreas The-
vetus.

nis, quae publicata fuit anno 1483. illaque sub mortis poena omnibus interdicitur im-
 pressorum librorum usus. Atque illud mandatum à Selimo eius nominis primo Baia-
 zethis filio renouatum ac confirmatum fuit anno 1515. Præterea quo tempore in AE-
 gypto sui, vidè diuersas tabellas in forma librorum è Palmorum corticibus, quæ vsque
 ad eò benè ac nitidè conscriptæ erant, vt impressas fuisse iudicasses. Ac aliàs etiã Mer-
 catores qui per rubrum Marè ex India veniunt, quæ que merces suas per diuersas natio-
 nes dispersiunt, non nisi in eiusmodi tabellis seu codicillis scribunt, quales in Biblio-
 theca Reginae matris conspiciuntur translatae ed ex armario magni illius Herois Lau-
 rentij Medici bonarum literarum in Italia restauratoris, & in Monasterio S. Ger-
 mani dicti de Prato propè Parisios, sunt alij qui ad Prouinciã vsque Mexicanã
 hanc imprimendi artem peruenisse asserant, quæ directo Cathaiensium regioni opposi-
 ta est, quarũ vna in Asia sita est versus antarcticum polũ vergens, altera in Ameri-
 ca respiciens arcticum polum nostrum. Verum id omnino veritati contrarium est,
 nunquam enim istis hominibus imprimendi usus fuit. Concesserim tamen Americanos
 istos characteribus, qui diuersa animalia terrestria & aquatica, capita, item pedes,
 brachia aliãque humani corporis membra exprimunt, vt consueffe, quibus animi con-
 ceptis suis alijs indicant, quod idem Aegyptij & Aethiopes olim literis suis hierogly-
 phicis factitarant, de quibus satis fuse in Cosmographia mea egi. Ac eiusmodi libro-
 rum duos penes me habeo, manu exaratos in ciuitate Themistira plenos eius generis
 characterum & figurarum vna cum earundem interpretatione. Porro ab antiquis
 cõficta fuit DEA Pallas, quæ præfideret armis & scientijs, eò quod inuenisset litteras &
 instrumenta bellica. Eius exemplo Germani supra reliquas nationes gloriari potest de-
 obtenta palma vtiusque facultatis, tan ratione machinarum ignitarum bombar-
 darumque, quam typographiæ, quas ab hominibus Germanis inuentas esse constat. Ve-
 rum vnus hic defectus haud parum illorum gloriam imminuit, quo magnanimo illi
 ac bellicosissimo Annibali similes videntur, qui vincere inimicos suos eorumque im-
 petum frangere satis callebat, sed fructu Victoriae prudenter vti nesciebat, eò quod breui
 post per incuriam se vicissim superari sineret. Ita etiam Germani admodum sunt in in-
 uentionibus faciles, sed in reliquo negligentes sunt, quo ad polituram & ornatum inge-
 niosissimarum inuentionum suarum, & paulo post. Caterum nobile hoc excusoria
 artis inuentum satis predicari aut aestimari nequit, propter euidentem utilitatem
 quam indies inde prouenire cernimus, illius enim beneficio ad Barbaras ferasque na-
 tiones lex diuina propagatur, ignorantia sepelitur, scientia omnes illustrantur &
 magnopere nobilitantur. Habemus enim hodie multitudinem & abundantiam bono-
 rum librorum, eosque per manus ignorantium scriptorum non vitiatos, qui prius can-
 ctos ferè auctores miserè macularant. Inter plerosque autem alios qui inuentionem
 hanc decorarunt bono iure numerari possunt Aldus Manutius Venetijs, Christophorus
 Plantinus Antverpia, Robertus Stephanus, Henricus & Franciscus eius filij Parisijs.

Frobenius & Oporinus Basilea, Gryphius & Tornesius Lugduni & infiniti alij homines docti & in hac arte praeclares, qui per totum ferè Orbem illam exercuerunt & de praesenti adhuc exercent, idque magno suo honore, emolumento & laude. Sic Thevetus, cuius opus prodijt an. 1585. quarto circiter ante editam Iunij Barauia & c.

34. Hen-
ricus Pan-
sleon.

HENRICVS PANTALEON Medicus Basileensis, qui suo de Illustribus Germania viris opere, non malè de litteris & patria meritus est, part. 2. pag. 397. sub titulo & inscriptione Ioannes Gutenberg & Iuo Schefferus de Typographica inuentione sequentia scribit, quamuis illic tubrum cum nigro non admodum conueniat: Inter artes pulcherrimas & praestantissimas non immerito impressoria maxima censenda est, qua vna die duo homines tantum litterarum imprimunt, quantum vix anno integro plures antea scribere potuerunt. Eius primi Authores fuerunt Ioannes Faustus & Iuo Schefferus anno 1440. Illi enim Moguntia Germanorum existentes, atque diuino ingenio valentes de hac re diu cogitarunt, tandem vero litteras formantes composuerunt, atque huius artis specimen exhibuerunt. Erat autem ars illa primo abscondita & pauculis manifestata, litteras enim in sacculis clausis, secum in Officinas ferebant, ac dum abeunt, auferre donec temporis successu ars aucta atque plurimum illustrata fuerit. Postea superuenere Ioannes Gutenberg, Ioannes Mentel, Ioannes Prus, Adolphus Ruschius, Petrus Schefferus, Martinus Flacchius, Hulricus Han, Ioannes Frobenius, Adam Petri, Thomas Wolffius & alij huiusmodi iidem Germani, qui hanc artem augentes ad diuersas Germaniae ciuitates, & tandem etiam ad exterarum nationes detulerunt. Conradus etiam Germanus anno circiter 1460. hanc artem primo Roma, atq; Sixtus Rufinger Argentinus Neapoli docuit, atq; quomodo libri imprimi possent ostendit, donec tandem Aldus in Italia eam plurimis illustrauit. Nicolaus vero Ienson eam in Gallia exercuit. Erant autem eius artis periti superiori seculo maximo in precio, atque auro & argento ornati, nobilibus similes cum magno aere hinc inde conducerentur. Nostro vero tempore cum librorum maxima copia existat, atque vilissimus quisque illotis manibus, nullaque eruditione instructus, hanc artem attrectet. factum est vt praeter labores vix quicquam compositoribus & impressoribus relinquatur, verum omnis quaestus penes Dominos Offinarum existat, praesertim cum omnium aliarum rerum praeter librorum precium mirum in modum excreuerit. Auditis iam tot numero grauissimorum scriptorum testimonijs, libet Poëticas etiam turmas post vnum atque alterum quos in superioribus lustrationi iam stetimus, in campum producere tanquam post statariam aciem leuis armaturæ velites. Horum autem primus GEORGIVS SABINVS in hanc recensionis aream prodeat, qui in Caesari-
bus Germanicis suis sub Friderico III. Austriaco ita canit.

35. Georg.
Sabinus.

Qua

Qua dedit ars nobis impressos are libellos
Facta sub hoc primum Casare nota fuit.

Hæc si temporibus Priscis inuenta fuisset

Qua nihil utilius totus hic Orbis habet
Nostra libris hodie frueretur pluribus et as

Defraudata quibus, secula nostra carent,

Hanc operosa nouam Moguntia protulit artē

Qua celebris Mogi nomen ab æne tenet.

BERNARDVS MOLLERVS noster libro 3. descriptionis Rheni quæ, anno 36. Berol. 1570. lucem vidit, eodem Carminis genere ubi Moguntinæ vrbis decora Mollerus enumerat, ita hæc exequitur.

Stulta quid enarrans nugarum rudera miror?

Vrbs alia rerum laude notanda venit.

Pra reliquis urbem Phœbi germana vetustat

Pra reliquis urbem Musa tuetur agris.

Vrbs operam Musæ si non perdocta tulisset

Et nisi cœpisset Dedala Pallas opem.

Barbaries fracto Musam damnasset honore

Barbarica Pallas, clade repulsa foret.

Vrbs veneranda sui tribuit munimēta laboris

Ære quod inuenta fuderit arte typos.

Ante typos nimij veterum periere libelli

Iam literas cernet nulla perire dies.

Vox perit, auditus gemina non concipit aure

Vox etiam calamo scripta perire valet.

Quod

Quod typus exceperit chartâ, non eximet atas:

Si ruat exemplum tempore restat opus.

Non rapitur totum si pars vaneſcat adempta,

Pars etiam toti dempta nocere nequit.

Turba Camœnarum felix gratare labori

Et studijs: ſemper vime redacta typis

Vixit Mercurius iuuenili redditus æuo,

Et poſtliminio mortis Apollo redit.

Hæc ille de Moguntia, quam in hoc dæporico ſuo ſimiliter celebrat David Sigemundus Cassovius Poëta & ipſe non infelix (extat id lib. 7. Itinerum Nicolai Reuſneri)

37. David Sigemundus Cassovius.

Machina qua volucres iaculatur ahenea glan-

des

Hæc etiam nuper ſede reperta fuit.

Queque dedit vires æternaque robora Muſis

Prodiit ars illis ingenioſa locis.

Qua nihil utilius dedit admiranda vetuſtas

Secula quot retro longa fuere prius.

Quamuis ingenio ſe iactitet Itala tellus,

Efferat & laudes Gracia vana ſuas.

38. Nicodemus Frischlinus. His quæcum addo Nicodemum Frischlinum Sueviæ ſuæ decus, qui in Iulio rediſſimo Comœdia in Germaniæ laudem compoſita ſic Eobannum Heſſum loquentem introducit.

38. Nicodemus Frischlinus.

— — Primus inuentor (Typographiæ) Mo-

guntie

Vixit fatale nomen adeptus Fauſti. Et poſtea:

Fuit

Fuit olim fuit illa barbaries Germania
Cum fœmina & viri pariter secreta litera-
rum

Nescirent, at hodie nostri homines artem istam
librariam

Docuere Gallos & Italos & Hispanos & ce-
teras

Omnes terrarum gentes.

Anonymi cuiusdam Elegiam supra in Philippi Bergomensis testimonio
retuli. MARTINVS autem CRYSIVS licet propriè ad alteram recentio-
rem classem pertineat, vbi etiam reliquum eius testimonium numerorum
expers proferetur, lib. 4. Germano-Græcia suæ Epigrammat. tertio de lau-
dibus Germaniæ sequens Carmen habet.

39. Mar-
tinus Cris-
sius.

Vrbibus hæc magnis castellisq; undiq; firma
Fortibus aucta viris artificumq; manu,
Ipsius inuentum horrendi est bombardæ frago-
ris,

Huius tormentis mœnia quassa ruunt.
Ipsa typis docuit, quosuis excudere libros,
Millenum fœtum sic opere una parit.
Hic omnes artes, omnisque scientia florent,
Germanum petijt Græcia tota solum.

Ante omnes autem IOANNES ARNOLDVS BERGELLANVS ex professo
hanc tractauit materiam in sua de Typographiæ œnomicæ Elegia, vbi inter re-
liqua ita canit.

40. Ioannes
Arn. Idus
Bergella-
nus.

Artis namq; nouæ, natū est opus arte magistra
Id quod diuini numinis instar erit.

D

Con-

Conflatis docuit libros quæ cudere signis,
Et præli dociles exprimit arte typos.

Hic ubi postremo descendit gurgite Mænus,
Excipit & socias littore Rhenus aquas:

Hanc peperit captis antiqua Moguntia muris
Horrida dū tristis fata canebat auis.

Expo-
sita.

Teutonia gentis decus, immensusque thesaurus
Tempore qui prisco, nullius usus erat.

Quem non damno sine corrumpere dente
Neque situs turpi perdere labe valent.

Authorem querunt primos qui repperit huius
Archetypos artis, primaq; puncta tulit.

Decertantq; dua non parui nominis urbes
Qualibet artificem vendicat usque sibi.

Annalesq; tuos quidam Germania torquent
Bullatas nugas hac quoque parte vomunt.

Sed te ne fallat mendacis opinio vulgi,
Illius referam quæ sit origo rei.

Clarus Ioannes eni Gutenbergius hic est
Qui referat latices, quos pede fodit equus.

Quam veteres nobis argenti voce notarunt:
A puero fertur, sustinuisse virum:

Illam sed huic ciuis largita est munera grata
Cui clarum nomen Mogus habere dedit.

Primitias illic cœpit formare laboris,

Ast hic maturum protulit artis opus.

Et paulo infra non vni Gutenbergio, sed duobus simul adiutoribus eius insimul ac iunctim huius inuenti laudem tribuit:

Imparibus numeris cœlestia numina gaudent

Hoc opus exegit sic quoque sancta Trias.

Illo primus erat tunc Gutenbergus in albo

Alter erat Faustus tertius Opilio.

His addere qui volunt possunt MELCHIOREM GVILANDINVM Medicū Borussum in tractatu de papyro, Conrad. Gesnerum in pandectis lib. 13. tit. 5. Cornelium Callidiū in Calce Catalogi sui de illust. script. Germ. ACHILLEM GASSARVM in Epitome historiarum, GASPAREM HERIONEM part. 4. Chronici selecti Germanici p. 633. vbi ann. 1550. inuentam hanc artem tradit, & Gutenbergio præter Faustum Ioannem Gensfleisch operis socium assignat. Atque hæcenus de illis qui pro Moguntinis & Germania è veteribus suffragia ferunt: Recentiores enim fastidij vitandi ergo eousque differo, donec ab altera parte qui pro Hollandis & Harlemensibus restantur, retulero.

Guiland.
Gesnerus, Mon.
Callidius, 26. n.
Hedio,
Gassarus.

CAPVT III.

Testes pro Harlemensibus de Typographia in Hollandiâ inuentâ.

Hautem oppidò perquam pauci reliquorum respectu & comparatione hæcenus comparèt. Pleriq; enim qui Harlemensium meminerūt nihil definiētes rem in medio relinquunt, imo vnus etiam atq; alter contra illos pro Moguntia pronunciant, quos omnes propterea à Iunio & reliquis feruidioribus separandos & in peculiarem classem ordinandos fore putare fortassis quis velit. *M*hi autem illos hæcenus cōiungere visum fuit, vt tamē examine desuper instituto illorum dicta inuicē collaturus sim. Primus istorū tum tempore tum conuiciandi etiam acerbitate HADRIANVS IUNIVS, *H*adria-
est, cuius integrum locum ex Barauia eius, operæ pretiū est adscribere; cū *n*us lu-
enim reliq; i qui deinde secuti sunt, eius potissimū authoritati fiderint, *h*ius.
gillarim huius viri hac de re tradita expendere oportebit. Ita igitur Iunius: *R*edeo ad urbem nostram (Harlemum) cui primam inuenta Typographica

artis gloriam deberi & summo iure asserendam aio, utpote propriam & natiuam, sed
 luminibus nostris sola officit inueterata illa, & qua encausti modo inscripta est animis.
 opinio tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulla ruitra euellere aut eruere
 valeant, qua pertinaciter credunt & persuasissimum habent, apud Moguntiacum cla-
 ram & vetustam Germania urbem primo repertas literarum formulas, quibus excu-
 derentur libri. Vtinam hic incredibilem illam dicendi vim qua in Carneade fuisse per-
 hibetur, exoptare possem, qui nihil defendisse vnquam quod non probarit, nihil oppugnasse
 quod non euerterit, dicitur, ut saltem refugam illam laudem postliminio reuocare, & hoc
 quasi trophæi erigere possem veri interpolator: quod ego non alio optarim, quam ut veritas
 recte à Poëta veteris temporis filia nuncupata, aut ut ego soleo $\chi\rho\rho\nu\ \delta\lambda\epsilon\nu\chi\omicron\varsigma$ tandem
 detegatur, quaque iuxta Democritum altissimo in puteo demersa hæctenus delituit, in
 apertum proferatur. Si gloriosum certamen suscipere non piguit Aegyptios & Phœni-
 cas de literarum inuentione, his Deo Duce earum inuentum ad se trahentibus, quando ta-
 bulas $\delta\omicron\omicron\chi\alpha\ \epsilon\ \alpha\lambda\omicron\varsigma$, hoc est, à DEO exaratas iactant: illis à se repertas Græcia intrulisse
 gloriantibus, quando Cadmus Phœnicum classe vectus, rudibus Græcorum populis artis
 illius author eas commonstrauit, rursus si Athenienses Cecropi suo, Thebani Lino eandem
 laudem vendicant, Palamede Argiuo excogitatorum characterum laudem Tacitus &
 Philostratus de ferunt: ut Hyginius latinorum Carmenta Euandri matri. Si itaque
 controuersam dubiamque gloriam cuncta gentes ad se ceu propriam rapere non erubue-
 runt, quis vetat quominus indubitanda laudis possessionem, de qua per socordiam auita
 deturbati sumus quasi postliminij iure repetamus. Equidem non inuidiam aut maleuo-
 lentiam studio transuersus agor, ut huic asseram, quod alteri derogem ac detrahā. Crassi
 impudentiam non inuiabor. hinc Scauola sanctimoniam & grauitatem affectando, illinc
 presentationibus fauorem hominum eblandiendo: haud is sum, corruptis arbitrijs pla-
 num agere non decreui, veritatem illam vnā perspicuam, quam vti caeleste solis iubar
 nulla nox, nulla caligo, quantumuis alta obtenebrare potest, exhibiturus, quantum in
 me est, idque simplici & minime siccato orationis filo, quod illa amet. Quod si optimus
 ille testis est author Plutarcho, qui nullo adstrictus beneficio, neque alterius addictus
 studio, liberè quod sentit, loquitur & intrepide, meum testimonium merito locum ha-
 beat, qui nec mortuum aut heredes posterosue cognatione attingam, neque gratiam
 aut beneficium inde expectem, qui quicquid huius feci, id eorum sepultis manibus pie-
 tatis ergo impendi. Duam igitur quod accepi à senibus & auctoritate grauibus & rei-
 pub. administratione claris, quique à maioribus suis ita accepisse grauisimo testimonio
 confirmarunt, quorum auctoritas iure pondus habere debeat ad faciendam fidem.
 Habitauit ante annos centum duo de tringinta Harlemi in adibus satis splendide
 (ut documento esse potest fabrica, qua in hunc vsque diem perstat integra) foro immi-
 nentibus è Regione Palatii Regalis Laurentius Ioannes cognomēto Aedituus Custosue
 quod tunc optimi & honorificum munus familia eo nomine clara hereditario

iure possidebat) is ipse qui nunc laudem inuenta artis typographica recidivam iustis
 iudicijs ac sacramentis repetit, ab alijs nefarie possessam & occupatam, summo
 iure omnium Triumphorum laurea maiore donandus. Is fortè in suburbano nemore
 spatiatus (vt solent sumpto cibo aut festis diebus ciues qui otio abundant) cœpit fa-
 ginos cortices principio in literarum typos conformare, quibus inuersa ratione sigil-
 latum charta impressis, versiculum vnum atque alterum animi gratia ducebat, ne-
 potibus generi sui liberis exemplo futurum. Quod vbi feliciter successerat, cœpit animo
 altiora (vt erat ingenio magno & subactò) agitare, primumque omnium atramentis
 scriptorij genus glutinosius, tenaciusque, quod vulgare lituras trahere experiretur,
 cum genero suo Thoma Petro, qui quaternos liberos reliquit omnes ferme consulari
 dignitate functos (quod eo dico vt artem in familia honesta & ingenua haud seruilis
 natam intelligant omnes) excogitauit, inde etiam pinaces totas figuratas additis
 characteribus expressit. Quo in genere vidi ab opso excusa aduersaria operarum rudi-
 dimentum, paginis solum aduersis haud opistographis. Is liber erat vernaculo sermone
 ab auctore conscriptus Anonymo titulum præferens: Speculum nostræ salutis, in quibus
 id obseruatum fuerat inter prima artis incunabula (vt nunquam vlla simul & re-
 perta & absoluta est) vti pagine aduersa glutino commissa cohærescerent, ne illa ipse
 vacua deformitatem asferrent. Postea saginas formas plumbeis mutauit, has deinceps
 stanneas fecit, quo solidior minusque flexilis esset materia durabiliorque: E quorum
 typorum reliquijs que supersuerant conflata Oenophora, vetustiora adhuc hodie vi-
 suntur in Laurentianis illis, quas dixi adibus in forum prospectantibus, habitatis po-
 stea à suo Pronepote Gerardo Thoma quem honoris causa nomino, ciue claro ante
 paucos hos annos vita defuncto sene. Fauentibus vt sit, inuento nouo, studijs homi-
 num, cum noua merx nunquam antea visa emptores vndique exciret, cum vberri-
 mo questu creuit simul artis amor, creuit ministerium, additi familie operarum
 ministri, prima mali labes, quos inter Ioannes quidam siue is (vt fert suspicio) Faustus
 fuerit ominoso cognomine, Hero suo infidus & infustus, siue alius, eo nomine, non
 magnopere laboro, quod silentium ymbras inquietare nolim contagione conscientie
 quondam dum viuerent, tactas. Is ad operas excusorias sacramento ductus, postquam
 artem iungendorum characterum fusilium typorum peritiam, queque alia eam ad
 rem spectant percussisse sibi visus est, captato oportuno tempore, quo non potuit ma-
 gis idoneum inueniri, ipsa nocte, qua CHRISTI Nataliis sollemnis est, qua cuncti
 promiscue lustralibus sacris operari solent, choragiū omne typorum intolant, instru-
 mentorum herilium ei artificio comparatorum supellectilem conuasat, deinde cum
 sure domo se proripit, Ambstelodamum principio adit, inde Coloniā Agrippinam,
 donec Moguntia cum peruenitum est, ceu ad Asylarum vbi quasi extra telorum
 tactum (quod dicitur) positus tuto degeret, suorumque furtorum aperta officina

fructum vberem meteret. Nimirum ex ea intra vertentis anni spacium ad annum à Christo nato 1442. ijs ipsis typis quibus Harlemi Laurentius fuerat vsus, prodijisse in lucem certum est, Alexandri Galli doctrinale, quæ Grammatica celeberrimo tunc in vsu erat, cum Petri Hispani tractatibus prima facturâ. Ista sunt ferè quæ à senibus annosis fide dignis, & qui tradita de manu in manum quasi ardenti radam in decursu acceperant olim intellexi, & alios eadem referentes attestantesque comperi. Memini narrasse mihi Nicolaum Galium pueritiæ meæ formatorem, hominem ferè à memoriâ & longâ canitiæ venerabilem, quod puer non semel audierit, Cornelium quendam Bibliopægum ac senio grauem nec octog. nario minorem (qui in eadem Officina subministrum egerat) tanta animi contentione ac seruire commemorantem rei gesta seriem, inuenti (vt ab Hero acceperat) rationem rudis artis polituram & incrementum aliaque id genus, vt inuito quoque præ rei indignitate lacryma erumperent, quoties de plagio inciderat mentio: tum vero ob ereptam furto gloriam sic irâ excandescere solere senem vt etiam lictoris exemplum eum fuisse editurum in plagiarium appareret, si vita illi superfuisset: tum deuouere consueuisse diris vlticibus sacrilegum caput, noctesque illas damnare atque execrari, quas vna cum scelere illo, communi in cubili per aliquot menses exegisset. Quæ non dissonant à verbis Quirini Talesij Cos eadem ferè ex ore librarij eiusdem se olim accepisse mihi confessi. Ista dictare me cõpulsit cupiditas & studium defendenda veritatis, quamuis illa odium sui plerumque parere soleat: in qua tuenda potius quam vt deserere Vadimonium velim, ad suscipiendum odium paratior sim ac promptior. Sequitur deinde apud Iunium quod Boxhornius omisit. At vereor vt surdis ista auribus canantur: vt cumque tamen erit, iuuabit me & memoriæ inuentoris & gloriæ vrbis pro virili consuluisse, dum apud leues & verè incuriosos animos, plus valet præiudicium opinionis, quam cum ratione auctoritas. Quæ iniuria musitanda est & deuoranda parum lubentibus. Quanquam dolendum minus foret in clarissimam Germaniæ urbem, velut aliam in familiam transisse, si non plagij, sed reuera ratione factum id fuisset: verum arbitror DEO volente hanc viam commodissimam visam, vt citissime ad nitorem suum ac perfectionis culmen perueniret, inuentum illud, Orbi sole (quod dicitur) & salo magis necessarium, nimirum in maiore luce hominum per studia magnatum præmia & honores (quibus artes aluntur) facilius emergerum, vt accidisset res docuit quam in extremo Orbis terrarum recessu & quodam angulo, inter hominum priuatorum sordes. Hactenus satis prolixè unius, quo cæteri qui eius ferè testimonio nituntur succinctiores sunt: addo longè etiam (maximam quidem partem) modestiores, quique si paucos excipias, conuicijs procul placidè agunt, ac plerque ipsimet dubitare videntur. LVDOVICI ENIM GVICCIARDINI ex vltima recognitione & Regneri Vitellij versione in Belgij descriptione, ubi de Harlemo agitur hæc ista de re verba sunt, pag. 182. In hac vrbe non publica tantum incolarum aliorumq; Hollandorum voce, sed & scriptorum quorundam suffragio alijsque aliquot monumentis inuenta primū

2. Ludouicus Guicciardin.

traditur Typographia, id est, ea librorum formulæ excudendorum ratio, quæ hucusque passim in vju est: sed Authore ante perfectam & euulgatam artem extincto, Famulus, uti narrat, Moguntiacum abiit, vbi edito leui aliquo artus specimine, perbenigne fuit acceptus. Moguntini vero cum summo studio in hoc tantum negotium incubuissent, consecuti sunt tandem integram eius notitiam, vnde increbuit postea, & cum tempore magis magisque inualuit, fama prodisse ex ea vrbe hanc tunc insignem scientiam. Ego sane de rei ipsius veritate nec possum nec velim decernere, puta quum satis habeam, ut ne vrbi regionique ipsi prauideam, obiter attigisse. Hactenus ille qui Polydori deinde hac de re locum apponit, cui plus ferè quàm isti Hollandicæ traditioni videtur adhærere. Qui ad Guicciardinum ADDI-
 TAMENTA cõfecit isto loco quæ sequuntur attexuit: *Es que author noster hic obiter tantum attingit de inuentione Typographiæ, fusius certiusque in Barauia exequitur Hadrianus Iunius, qui validis sanè & profus inuictis argumētis ostendit, nobilissimam artem Harlemi primum excogitatam ab Laurentio quodam Ioannis cognomēto Costero, cui suffuratus instrumentum omne Ioannes Faustus, infustus Domino famulus, Amsterodamum primum, inde Colonia atque hinc Moguntiam tandem profugit. Plura vide apud eundem, & Ianium ac Moguntinenses falso ex hoc mustaceo sibi Laureolam petere discito. Hæc ille, cuius verba, ut & reliquorum infra sito loco examinabuntur. Iam IACOBVM MIDDENDORP-
 PIVM videamus, qui lib. 1. c. 22. de Academijs ambiguum satis & breuiter hæc rem attingens: Typographiam inquit alij Moguntinis alij Harlemensibus Barauorum acceptam ferre volunt, sicut in Academia Moguntina Basileensi declarabitur & lib. 5. vbi de Moguntia: quidam Typographiæ inuentionem Harlemensibus Belgis attribuere malunt. Hic tamē author rem omnem videtur in medio relinquere, nam ibidem præmiserat quæ ordine inuerso ego hoc loco sequi facio: Nisi hoc, inquit, ad eius (Moguntinensis vniuersitatis) gloriam apud omnes totius Orbis Academijs & doctos gratosque homines abundè sufficeret, quod Typographicam artem non vtile solum, sed vehementer quoque necessariam inuenisse credatur. Cuius beneficio clarissimi scriptores ex bonarum literarum naufragio superstites in mille transfunderentur exemplaria & in multorum manus ad incomparabile totius Reip. Christianæ præsidium salubriter peruenirent. Idem lib. 5. de Academia Basileensi etiam excusoria & Typographicam artem cuius inuentionem Ioanni Gutenberg Argentineni circa an 1440. adscribitur, & Moguntinos primum docuisse fertur, præsertim chartaceam Basileæ per Galliones ex Gallia oriundos Hispanos mirifice auctam & propagatam ait. (loquitur autem de Vrstisio qui Basileensis historiæ Epitomen edidit) ADRIANVS ROMANVS in paruo theatro vrbium pag. 27. Harlemium omnium que in Hollandia sunt vrbium amplissima, (ita fuit ante Amsterodami dilatationem) cui incolarum suorum testimonio Typographicæ artis inuentione debetur. Et hic Author nihil in hac controuersia de finiendū sibi putauit, subiungit enim statim: Quamuis hoc beneficij Moguntinensi Vrbi acceptum referant alij. Quod idem etiam repetit pag. 147. vbi de Moguntia tractat, VALERIVS ANDREAS ICIUS & sanctæ linguæ Doctor Louanienis in Belgicarum Vrbium Nomenclatura, quam Biblio-*

3. Au-
 flor ad-
 ditamē-
 torū ad
 Guicci-
 ardinū.

4. Iacob-
 Middē-
 dorpius.

5. Adri-
 anus Ro-
 manus.

6. Valo-
 rius
 Andre-

thece sue præmisit de eod. Harlemo. *Vrbs, inquit amœna est, & in ter Hollan-
dicas amplissima: cuius artis typographica inuentionem debere in Batavia descriptione
multis contendit Iunius. Hucusque Valerius, cui hac in re concordat, quem*
 7. Fran-
 ciscus
 Suer-
 tius.
 Matthias
 Quadus.
 cius verba quia ex Guicciardino & Iunio consuta sunt, huc repetere su-
 per se deo. MATTHIÆ tamen QVADI Pictoris literati locum adscribere
 placet, utpote decisionem & conciliationem huius litis tentare ausi. Is igitur
 lib. 4. Geographicarum enarrat, cap. 34. & 38. sequentia scribit. Harle-
 mo expertissimorum testimonio Typographica artis prima inuentio iure debetur,
 primam tamen praxin Moguntiaso concedentes. Aiunt enim eius inuentorem ante
 perfectam artem morte præuentum fuisse, eiusque seruum inde Moguntiam profectum,
 9. Aubert-
 tus Mi-
 reus.
 10. Laurē-
 tius Beyer-
 lingius.
 ubi continuo exercitio ad perfectionem ars perducta sit, ut hac alitrix siue nutritrix, illa
 artis mater existat. Cum prædictis consentit AUBERTVS MIRÆVS vir se-
 culorum memoria dignus, deque omni historia præclarissimè meritis, qui
 in Chronico suo Belgico ad annum 1440. ipsamet Iunij verba recitat. LAV-
 RENTIVS ETIAM BEYERLINGIVS tomo 7. Theatri seu Polyanthea suæ ex
 Iunio & Bertio hanc Harlemaensium assertionem refert, ita tamen ut com-
 pluribus alijs aliorum opinionibus relatis, tandem Serario de Gutenber-
 gio & Fausto assentiatur. Idem in Chronico rerum Belgicarum quod prodijt
 anno 1636. ubi quæ de Chinensibus, quæ de Fausto & Gutenbergio tradantur,
 quæ etiam Cognatus ut infra videbimus de Augustano aliquo refert posuisset,
 ita finit. Germanicum certè hoc esse inuentum scriptores penè omnes tradiderunt.
 Harlemaenses tamen hanc sibi laudem vindicare conantur; nec vanè fortasse,
 si Hadriano Iunio in Batavia descriptione credimus, qui Laurentium Ioannem
 cognomento Aedituum siue Custodem Ciucm & Incolam Harlemaensem huius rei
 inuentorem laudat. PETRVS MONTANVS Gandauensis in descriptionibus
 11. Petrus
 Monta-
 nus.
 suis quas Hondius cum Atlante Mercatoris excudit, huius rei ubi de Hollan-
 dia & Harlemo agit, ita breuiter meminit: *Huic Vrbi (Harlemo) inquit;
 inuenta Typographica artis gloria debetur. Quos hæc tenus retuli Belgæ ferè
 omnes sunt (Guicciardinus enim licet Florentiæ natus sit, domicilio tamen
 Antverpiensis extitit) quibus nunc duos Germanos addo, quamuis uterque
 medius ferè incedat, neclitem hanc suam facere voluerit. Georgius igitur
 Brunus Colonienfis in Theatro Vrbiũ ita de Moguntia scripsit. Huic
 vrbi Typographica artis debetur inuentio, quæ plusne boni an mali attulerit, pro-
 babiliter disputari potest. Nihilominus idem de Harlemo eodem in opere se-
 quentia vulgavit. Hæc est omnium in Batavis Vrbiũ maxima & dignitate
 sanè secunda Typographicam artem in ea à quodã fuisse primum excoquatam, consistas*

ea vrbe totaque Prouincia Batauorum fama est. Quam opinionem Scriptores nonnulli confirmant, & quidam priuatarum eius loci rerum Commentarij. Veruntamen ante quam artem perficeret, ac eam ipse in lucem produceret, è viuis excessisse, eius famulum ob id Moguntiam concessisse, in qua Vrba artem euulgaret, & eam ob causam acceptus benigne fuerit. Alterè nostratibus THOMAS LANZ vs est, editis de Europa Prouincijs in vltim illustri apud Tubingam Collegij Adolescentium orationibus celebris: In illarum secunda inter alias Vrbes à munitionum firmitate commendatas, Harlemi etiam meminit, addens, id sibi Typographiæ inuentionem adscribere, quam tamen non vno eiusdem operis loco superiori Germaniæ vendicat. Ex Italis præter memoratum iam Guicciardinum Belgicæ Inquilinum solum mihi hæcenus videre contigit SIMONEM MAIOLVM Vulturariensem Episcopum, qui Iunij de Harlemo Sententiam retulerit. Is enim Colloq. 23. Canicularium suorum cum retulisset Polydori de Moguntia & Gutenbergio narrationem sic subiungit: Sunt tamen Authores constansque fama est, apud Batauos impressoriam artem in Harlemo Vrbe excogitatam, Authore autem vita functo eius necessarios Moguntiam profectos cepisse exercere vt tradit Georgius Brun in Harlemo. Addit ibidem Maiolus: Quoniam vero rei nouitas, tum maximam mentibus hominum admirationem pepererat 300. scilicet chartas singulis diebus imprimi, id etiam Historici memoria tradiderunt. Chronicon etenim eius temporis de rebus Pontificum perbreue, id velut valde memorandum recolit, memoratque qui primi Impressores fuerint. In Germania quidem fuit Iacobus Stadenbergius Argentinensis, ac Faustus alter, vterque sub Pio secundo. At Romam aduenere primi Impressores Conradus Sivenhaym & Arnoldus Pannarb. atque Vldericus Gallus omnes certè insaniter huiusmodi artem callentes. ANDREAS SCHOTTVS in Epistola dedicatoriâ tomî primi rerum Hispanicarum ad Balthazarum Quingam sic scripsit. Huius autem artis Typographica inuentio Germanis potissimum, & in his Moguntinis primum accepta est referenda, tametsi & Bataui eam sibi laudem vendicent. Eadem ambiguitate huius rei meminit MARTINVS ZEILERVS Styrius qui nuperrimè An. 1632. Itinerarium Germanice edidit cap. 14. pag. 314. Omnium tamen acerrimè, & tanquam pro artis ac facis hoc duellum depugnant, post Iunium in hac arena antesignanum superius iam relatum Scriuerius, Bertius & Boxhornius, quosea de causa tanquam triarios in subsidiariam manum sepolui & in hunc locum seruati. Illorum primus vt potè lare & ortu Harlemensis domesticæ laudis stabiliendæ ergo, peculiari libello ex professo quod dicitur, sategit de Typographia Harlemi inuentâ, quem quia necdum mihi, quamuis post diligentem & iam in ipsâ Hollandiâ factam inquisitionem inspicere contigit, non possum verba eius referre, deque argumentis, quibus

13. Thomas Lanz.

14 Simon Maiolus.

Andreas Schottus.

Martinus Zeilerus.

bus pro causa sua decertat, qualecunque Iudicium meum promere, contentus igitur hac vice ero retulisse tetrastichon eius, quod effigiei Laurentianæ à C. Koning Harlemi sculptæ & excusæ subscriptum est.

*Vana quid archetypos & prala Moguntia iactas?
Harlemi archetypos pralaque nata scias.
Extulit hic monstrante DEO, Laurentius artem
Dissimulare virum hunc, dissimulare DEVM
est.*

Idem in Elegia in laudem Patriæ suæ contra Naudæum Parisiensem scripta.

*Ista tuæ possunt etiam memorare sorores
Inuentos posset nulla docere typos.
Sola hac Harlemio debetur adorea Cui
Laurenti meritas cingere docta comas.
Vindicijs asserta meis, procul ite maligni
Ite Moguntinis dedita turba tuis.
Non nisi qui pleno spirant insomnia folle,
Et Gutenbergos Faustiadaeque crepant.
I Naudæe procul tua per mendacia crescens,
Non locus hic rugis, credule Galle, tuis.
Harlemense nemus doceat, doceantque Napeæ
Et Fagutali numina sacra Ioui.
Hic fago ex CVLptas LaVrenti CVspIDE
for Mas
Et primum natos hic simul esse typos.*

Petrus

Petrus autem Bertius in tabulis Geographicis contractis, quas an. 1600. vulgavit ipsis Iunianis ad verbum formalibus de hoc negotio agit, nisi quod Ioannem Faustum Trifarciferi & lesqui-Lauernionis elogijs exornet. Idem tamen in opere rerum Germanicarum lib. 3. pag. 613. de Moguntiaci tractans, multo mitius agit, ac quasi prioris vehementiæ palinodiam cantat, quando scribit. Inter prima (huus) Urbis decora refertur à multis inuentio Artis Typographica, quam laudem nos alibi nostris Harlemensibus asseruimus. Et ostendit nobis nuper humanissimus & antiquitatum Hollandicarum peritissimus P. Scriuerius citatum à nobis alibi Speculum salutis non Belgice sed Latine editum, primum magnæ artis Rudimentum, cuius pagina glutine commissa fuerant, ut videri possent opistographæ. Sed attentius consideranti facile apparuit, non collectas fuisse literas singulas digestasque in vocem, vocem in versus, versus plures in paginam, sed singulas paginas, singulis tabellis ligneis expressas fuisse, imaginibus, literisque extantibus & prominentibus, sicut sigillis & ectypis solent imprimi nota rerum materia molliori, & ut ex libris ad nos euectis è Sina apparet, Sineses libros suos adornare, quæ res ut affinitatem aliquam cum arte typographicâ hodiernâ habet, ita multum adhuc à perfectione artis remota est. Nec negabunt Moguntini, quin ea saltem laus Harlemensibus nostris debeatur, quis autem non videt facilius fuisse ingeniosis hominibus, & ad res præclaras inueniendas natus ex tali Rudimento progredi ulterius, & ad conceptam animo perfectionem superatis impedimentis eniti, quam protinus consummata omnia reddere, & primo actu absolutæ Nihil simul & cœptum & perfectum est: per interualla cœperunt artes & adiectione particularum incrementum acceperunt. Principijs autem recte inuentis facile est aliquid adijcere, & quo quisque magis ingenio pollet, eo est ad perficiendum aptior, sic factum in picturâ, sic in sculpturâ, sic in ipsâ sapientiâ &c. Non ergo mirum si Harlemenses nostri, qui primi apud nos tabulas ectypas inuenerunt, & libros tabulis illis impressos suo commodo vendiderunt, iidem quoque inuitante lucro impellente genio, ducente arte, inuenerunt modum literas singulares seorsim dispositas colligendi, easq; in syllaba, vocabuli, sententiæ, versus ac pagina modulum cœpingendi, cum hoc illo multo fuerit facilius, & à maioribus ad nos transmissæ narrationes (quæ fraude & furo caruerunt) illud ab ijs factum testentur, resque omnino per se sit vero affinis. Non negauerim tamen quin statim Moguntiaci Ioannes Gutenbergius maiore copia libros ea ratione impressos euulgauerit, atque iccirco apud Exteros pro primo istius artis Inuentore laudatus sit &c. Vere Germanorum hæc laus est, siue Harlemensibus ea tribuatur, siue Moguntinis. Hactenus Bertius. Omnium autem nouissimus qui in hoc argumento à parte Barauica versatus fuerit, Marcus est Swerius Boxhornius Lugdun. in Barauia professor publicus, qui an. 1633. theatrum siue descriptionem Hollandiæ typis Hondianis Ambsterodami edidit,

in quo satis diffuse & cum curâ hâc typographicâ inuentionis materiâ pertractat. Ac vt dicâ, quod sentio parû abest quin suspicer, haud minimâ huic Authori fuisse causâ Theatri illius extruendi hanc Harlemensê controuersîâ, idque præcipue in Petri Scriuerij à scriptore Gallo. Gabriele Naudæo Parisiense refutati ac male accepti gratiam qui iusto & peculiari huic rei dicato opere contra Batanicum istû athletam, pro Moguntinis hanc pugnam depugnasse narratur. Ac cõfirmat equidem augetque apud me coniecturam istam, quod typographicum hoc negotium tum diuersis capitalium litterarum maiestate decoratis inscriptionibus insigniuerit Boxhornius, tum rubrica etiam conspicuum & spectabile fecerit, qua tamen alias omni isto opere etiam in ipso titulo, licet is ab antiquo in tantum sibi illam propriam fecerit, vt inde etiam nomen adeptus sit, abstinuit. Nec dubito quin ad hoc prædicto Emblemate illic præcipue vti voluerit, vt theatrum illud vel obiter versans & voluens Lector statim in notabilem illum & signatum de typographia locum tanquam scenam illius versatilis operis nobiliorem vel aliud agens statim incidat. Cæterum author iste Lunij præcipue quod cæteri etiam eiusdem opinionis, vt vidimus factitant, auctoritate nititur, cuius è Barauia locum in præcedentibus à me relatum ad longum recenset. Præter illum autem ANGELI ROCCHÆ Pontificij Sacristæ ex Eremitarum S. Augustini Ordine Theologiæ Doctoris ac postmodum Episcopi Tagastensis, qui Sixti quinti tempore Bibliothecam Vaticanam luculento opere descripsit, testimonium recitat, simulque allegati ab eodem Mariangeli Accursij locum refert, tum Coloniensis denique vernaculi chronici testimonium addit, quod vtrumque operæ precium est hic etiam adscribere, vt candidus, amansque æqui & veri Lector suffragium ferat, num authores illi dicant quod ex illorum dictis asseritur. Sic igitur Roccha: *Ars typographica in Europa anno salutis nostræ 1442. inuenta fuit, vt Polydoro placet, à Ioanne Gutenbergio natione Teutonico Equestri dignitate viro, sicut ab eius Ciuibus se audisse ait in oppido Germania, quam Moguntiam Latini dicunt, vulgari vero sermone Mâins. Decimo sexto deinde anno qui fuit salutis humanæ 1458. quidam nomine Conradus, eodem Polydoro teste, homo itidem Germanus, Romam primo in Italiam attulit, quam deinde Nicolaus Ienson Gallus mirum in modum illustrauit. Hæc Polydorus. Volaterranus autem duos fratres Alemanos in Italiam aduexisse artem impressoriam & anno ab orbe redempto 1465. Romæ instituisse & libros Sancti Patris Augustini de Ciuitate Dei & Lactantij Firmiani Institutiones primum impressisse affirmat. Alij eiusdem Augustini confessiones primum impressas fuisse aiunt. Sunt qui velint huius artis Inuentores fuisse Ioannem Faustum & Luonem Schæfferum*

anno

19. Ange-
lus Roccha

anno Dominica Incarnat. 1440. deinde à Ioanne Gutenbergio eam illustratam fuisse in Germania: Anno vero 1460. à Conrado item Germano Romam, à Sixto autem Rusinger Argentinate Neapolim aduectam, & in Italia ab Aldo seniore illustriorem fuisse redditam, & à Nicolao Iensone Gallo in Galliam asportatam. Sed in tot Scriptorum controuersia apponere libet, quod manu Mariangeli Accursij exaratum in prima Donati Grammatici pagina inueni. Aldus enim Iunior vir quidem eruditus & in antiquorum monumentis indagandis accuratissimus, ostendit mihi librum Donati ex membranis confectum & impressum in cuius priori pagina hæc scripta leguntur: Ioannes Faustius Moguntinus, Auus Maternus Ioannis Schæffer primus excogitauit imprimendi artem typis æreis: quos deinde plumbeos inuenit, multaque ad artem polendam addidit, eius Filius Petrus Schæffer. Impressus autem est hic Donatus & Confessionalia primùm omnium anno 1450. Admonitus certè fuit ex Donato Hollandia prius impresso in tabula incisa. Hæc ibi ubi etiam à latere eadem manu scripta leguntur: Hæc scripsit Mariangelus Accursius. Hic liber est Grammatica Donati. Non parum autem quantum ad Ordinem pertinet, ab ea distans, qua in Italia vti solemus: Imo principium est à simile Grammaticæ Institutioni Guarini, qui ab eo multa accepisse iudicatur Huius Codicis typi & imminutus imprimendi modus rudem illam inuentionem præseferunt. Hæc è Rocchâ, Boxhornius, qui postea paucis præmissis ita insequentibus pergit. Harlemū itaq; Typographiæ matrem, Moguntiam autem nutricem eius & elimatricem præcipuam rectè appellabimus. Huic enim typi stannæ vel ærei debentur, quod & Librorum frontispicijs inscribi cœptum est. Operibus Ioannis Boccacii in folio rudis satius litera primùm excusis hoc præfigitur. Genealogia Ioannis Boccacii libri sectatoribus oppido quam necessarij, nunquam alias curra alpes notulis stannæ diuulgati. Alterum deinde CHRONICI COLONIENSIS testimonium subiungit, NB. 21. quod è vernaculo Latinū fecimus: Longè igitur facessant (ita Boxhornius pergit) *Chronicon inanes Moguntinorū Fabula.* quibus præter luculentū Mariangeli Accursij testimonium *Coloniense* alterū non minoris ponderis opponimus ex Chronico Coloniensi desumptum, cuius author qui istis temporibus floruit, sic scribit: Ars hæc (Typographica) summe æstimanda, inuenta omnium primùm in Germania Vrbe Moguntia est, ad Rhenum circa annum Domini nostri 1440. & ab eo anno donec scilicet liberetur 1450. inuentioni eius, eorumq; que ad illa pertinent, opera impesa fuit. Eoq; anno qui Lubilauus fuit, captum fuit libris imprimere, primusq; qui excuderetur liber Biblia fuere latina, impressaq; ea sunt scriptura grandiori, quali hodie Missalia solent imprimi. Quamuis autem ut præmittitur Moguntia ars hæc inuenta fuerit, eo modo qui nunc temporis communiter vsu patitur, **vorbil-
dung,** prima tamen eius præfiguratio (seu simulacrum) ex Donato Hollandia reperta & desumpta fuit, qui librante id tempus excusi fuerunt, eiq; illius principium prædictæ Artis depromptum est, ac posterior hæc inuentio priori quoad artificium & subtilitatem longè præstantior fuit, indiesq; ad maiorem excellentiam perducitur. Hactenus è

Chronico isto Boxhornius, è quo libet & sequentia in Lectoris gratiam addere, vt tanto informatius de omni hoc negotio infra mecum iudicare possit, sunt enim singularia nec temerè vbiuis obuia: *Auithor quidam Omnibonus dictus scribit in præfatione Quintiliano præfixa, ac præterea in alijs Libris suis: Gallum aliquem nomine Ioannem Genson omnium primo infigne hoc artificium reperisse, sed is in illo manifesti erroris conuincitur. Adhuc enim in viuis supersunt, qui testari possunt, iam tunc Venetjs Libros impressos fuisse, priusquam Nicolaus Genson, eo delatus esset, ibiq; typos effingere & præparare cœpisset. Sed primus Typographia Inuentor cuius fuit Moguntinus Argentinâ oriundus, cui nomen erat Ioannes Gutenberg. Moguntia autem dicta ars primo Coloniam delata est, postmodum, Argentinam ac deinceps Venetias. Initium & progressum sæpius memorati Artificij ex honorabilis Magistri Vlrici Zel Hammouiensis narrantis ore cognoui, qui etiam nunc hoc 1499. anno Colonia Typographum agit, eoque auctore Ars hæc Coloniam propagata est. Reperiuntur Scioli aliquot qui dicant, dudum ante hæc tempora Typorum ope Libros excusos esse, qui tamen & se, & alios decipiunt, nullibi enim terrarum libri eo tempore impressi reperiuntur. Præterea plurimi veteres Libri interciderunt, eò quod magno numero describi non possent, exempli causa, maxima pars operum Titi Liuij, libri Ciceronis de Repub. & Libri Historiarum Plinij de bellis Romanorum cum Germanis. Hæc ex Chronico præfato. Porro Boxhornius refert etiã inscriptionem, quam in memoriam inuentæ apud se artis huius fastigio Laurentianarum ædium Harlemenses insculpi curarint. Item aliam, quam Laurentio conciuui suo Harlemensis aliquis publicæ eiusdem statuæ à se erectæ, inscribi fecerit, quibus tertiam ipsemet satis magnificam & grandiloquam addit, præmissa etiam Parodia è Claudiano in eiusdem Æditui siue Costeri laudem, quæ omnia referre longum esset, ac præterea nisi reliqua huic rei probandæ illinc prolata (illis autem euerendis hic labor impeditur) subsistant, ad rem parum faciunt & per se ipsamet collabuntur. Quas præterea veterum librorum impressorum Inscriptiones, vt vocat, seu clausulas contra opinionem suam refert, illas in sequentibus suo loco vnâ cum alijs eiusdem generis videbimus. Lauream tamen à Boxhornio Costero suo suspensam, siue in honorem eius breue conscriptum Elegiacum quo Moguntiam alloquitur, hic non prætereo, quod ita habet.*

Vana quid Harlemijs indicis prælia prælis?

Ista parant iugulo, vimq; necemq; tuo:

Siste

*Siste precor. Batavum felicia praela typosq;
Nitaceas, acres experiere magis.*

Sed quid vetat præmissis adhuc vnum atque alterum superaddere, in quos his absolutis primum forte fortuna & aliud agens incidi.

HERMANNVS HUGO Societatis IESV Præsbyter similiter cum plerisq; superius relatis dubiè & incertè de impressoriæ artis origine scribit cap. 34. de Origine scribendi, vbi ait: An autem à Sinensibus ad Germanos hæc ars delata sit; an fortè (quod fieri potuit) apud Germanos diuina quadam ingeniorum similitudine denuo inuenta sit, disputent Germani & Sinenses, ne mihi nimium succenseat Salmuthus qui pro se affert Polydorū, Guilandinum, Cassanæum, Ramum & Beroaldum. Certè Iunius in Batavia sua vindicat Harlemissibus primam typorum inuentionem: ita omnes mirantur & exoseculantur eam artem, vt singuli velint eam suam fuisse filiam.

Herm.
Hugo:

FRANCISCVS HARÆVS in annal. Brabanticis sub Philippo Bono ad an. 1440. pag. 419. Inuenta est hoc anno apud Europæos ars imprimendi libros: sed an apud Moguntiacos, an apud Harlemisses quod verissimiliter a Struere conatur in sua Batavia Iunius, non definitio. Latè de his Miræus noster in suo alioqui stricto Chronico, quem qui volet, adeat.

Francisc.
Haræus.

Pari modestia quamuis & ipse Hollandici Turis Alumnus agit IOANES DE LAET in sua confæderati Belgij republica pag. 58. Huius, in-quiens (Harlemi) indigena Laurentio Ioannis cognomine Aedituo Hadrianus Iunius Typographia primum inuenta gloriam asserit.

Ioan. de
Laet.

GASPARIS BARLÆI felicissimæ venæ Poëtæ & Amsterodamensis Gymnasij publici Professoris leguntur Encomia Urbium Batavicarum inserta Ludouici Guicciardini Hollandiæ descriptioni, quæ ex Belgico eius viri integro opere deprompta Bataviæ Reip. diuersis Scriptoribus in minori, vt vocant, formato superioribus annis emissis inserta est. In illis vbi de Harlemo agit sequens inter cætera distichon habetur, sub illius Oppidi profopœia.

Gasp. Bar.
læus.

Inuidet excusas populoosa Moguntia musas,

Quodq; meum est laudis iactitat esse sua.

IOAN. HENR. ALSTEDIVS in Encyclopædiæ insigni opere suo li. 30. sect. Ioan. Hdr. 1. agès de Typographia, nec ipse hanc suam facere voluit, ita scribens: Alstedius.
Rudimenta Typographica Sinensib. ante aliquot secula fuisse cognita. Cæpit aut in Germania.

mania

mania hac ars Inuentore Ioanne Gutenberg Argentinenſi à Chr. 1442. Quidam inuentione huius nobiliſſimæ artiſ tribuit Ioanni Fauſto Mogunt. ann. 1452. Verum ille Gutenbergij fuit adiutor. Petrus Bertius hanc gloriã tribuit Laurẽtio Ioannis Harlemenſi, cui Fauſtus artẽ & typos ſit ſuffuratus & Moguntiam detulerit. Nobis ita videtur. Nõ abſre Ariſtoteles ait: Nihil prohibet artes eaſdem à diuerſis vel eodem, vel etiam diuerſo tempore citra vllam communicationẽ inueniri. Veriſimile itaq; eſt, artẽ Typographicam eodem tempore in Germania ſuperiori à Gutenbergio, & in inferiori à Ioanne Harlemenſi eſſe inuentam. Prius enim illud aſſerit Ioannes (Iacobum intelletum voluit) VVimphelingus, qui circa illud tempus vixit, poſterius aſſerunt multi Authores fide digni. vide in hanc ſententiam Chriſtophori Beſoldi Pentada. Hærgo ſunt natales artiſ nobiliſſimæ, cui primas inter Mechanicas locum demus, vtpote ingenioſiſſimæ & artibus liberalibus vtiliſſimæ.

Ioan. Iſaacius Pontanus.

Huc etiam IOAN. ISAACIVM PONTANVM retulerim qui nec ipſe hanc literam ſuam facere voluit, quando in Hiftoria Danica ſua lib. 19. pag. 622. hæc ponit: Memorabile eſt hoc tempore artẽ Typographicam excoli apud Germanos ceptam, ac editis præclaris paſſim voluminibus inclariſſe primum Orbi. Et inter ceteros eos authores Inuentoreſq;, cum alij Laurentium Coſterum Harlemenſem, alij Ioannem Gutenbergium Argentinenſem ac Moguntinenſem alij, vt eſt ſua quiſq; nationis ſtudioſus ac admirator, adlaudant ac celebrant, haud debet omitti, qui ipſo ſe nomine Danum prodit, Nicolaus Ienſen, quem Gallicum alij faciunt. Hic inſiſto præſtantiſſimæ huius artiſ celeberrimus fuiſſe apud Venetos Typographos memoratur, & extat ac commendatur præcipue eius Plinij naturalis hiftoria, elegantibus litteris res erant typis excuſa ſub annum Chriſti 1472. elapſus ab hoc qui ſupra eſt poſitus annis ferè triginta.

Hi ferè ſunt quos repererim, vel Moguntinis ſtatus quæſtionem mouere, vel ſaltem obiter & ambigue Harlemenſium meminiffe, de quibus quid mihi, imò Viris doctis & affectuum vacuis videatur, quantumque illis tribuendum ſit poſtmodum diſpiciemus. Certe plurimi illorum qui nuper, id eſt, à tempore editæ Iunianæ Batauiæ reliquorum Batauiæ gloriæ propugnatorum ſcripſerunt tanti illos non putarunt, vt à veteri & vulgata pro Moguntia ſentientium opinione recedere voluerint, quorum non nullos recenſebo, vt ante omnia conſtet non minus nunc ac olim communem & vulgatam opinionem pro Moguntia concludere iure vel iniuria poſtea examinabitur.

CAP. IV.

Testes Neoterici pro Moguntinis.

Primus ex Neotericiis prodeat PETRVS OPMÆRVS Ambsterodamus
celebris Chronographus, qui ferè septuagenarius anno 1595. decessit
Delphis. Is igitur operis Chronographici posthumi sui pag. 703. editionis
Colonienfis in octavo Beroaldi & Campani carminibus relatis ait: Erenim
hoc anno (illum non adponit, nec in præcedentibus illum reperire potui)
Moguntia à Ioanne Fausto ars imprimendi exerceri cepta est. Fuerat is auus Ioannis
Schæfferi Calcographi nostra ætatis, vir dignus vt celebretur, addit deinde de Vlric-
co Han/que supra pluries relata, Annum tamen in præcedenti loco præ-
termiffum alibi in princ. lib. 4. non præterit, ita scribens. Quid? quod sub
mundi vesperam instante supremo iam die inter caliginosas impiorum atque discor-
diarum fer alium procellas rara pietatis summæque doctrinæ non pauci instar micantiũ
fyderum emicasse cernuntur, vt crederes Orbem à grauiore morbo conualuisse, atque
amiffas eloquentiæ artiumque vires sensim recollectisse opitulante disciplinæ arte illa quæ
plumbeis literarum characteribus ingeniosè fufis, atque scribendi ratione apte cõpositis
atramentoque madefactis conuenienter ac prælo compressis, diuersarum linguarum li-
bri numerofo quasi partu in quam plurima exemplaria in lucem produciuntur, Typogra-
phiæ arti nomen dedere, ac per Ioannem Faustum anno 1440. excogitatam in lucem
produxisse certissime constat. Mirum tanti artificij repertorem & diuinarum humana-
rumque disciplinarum generosum administrum à Germanicarum rerum scriptore in-
digno plane ornari elogio. Fuit certe vir ille immortalis memoriæ dignissimus & acutis-
simis ingenijs annumerandus. Ita ille. ~~De~~ *De* ~~re~~ *re* autem nequeo quem indigitare
voluerit è Germanis Historicis. Nulla apud hunc quod mirari possis Lu-
niani Editui mentio, eius autem in hac re authoritati plurimum tribuo,
quod & iuxta Harlemum natus, haud procul inde vixerit & decesserit,
quod patriarum rerum peritissimus, ac in primis nobiliorum artium vt-
pote picturæ, sculpturæ, calcographiæ &c. curiosissimus indagator
fuerit, ac scriptor sanè, quod super omnia æstimo, grauis, cordatus, con-
stans, ac non patriæ minus quam veritatis amans. Huic accedat ABRA-
HAMVS BVCHOLCERVS & ipse antiquitatis peritissimus, quod vel ex vni-
co eius Chronologici indicis erudito contextu iudiciosus lector animad-
uertere potest. In illo autem ad annum 1440. scribit sequentia. *Arstypo-*

1. Petrus
Opmarus.2. Abra-
hamus
Bucholce-
rus.

graphica nouum per typos scribendi genus inuenta & excogitata est à Ioanne Gutenbergio, de quo sic *Wimphelingus* c. 65. &c. Eius supra verba retulimus, nec hic repetimus. Rectius tamen hunc ad priorem classem illorum qui ante Iunij Bataviam visam ediderunt huc retulissim. Obijt enim anno 1584. Verum id parum refert, nec casus rei in illo vertitur. *HENRICVS SPONDANVS* Apamearum Episcopus felicissimus annalium Ecclesiasticorum Epitomatorem, in auctuario Chronologico ad illud ipsum Baronij immortale opus adiuncto, sic hac de re scribit ad annum 1441. *Ars typographica excogitatur in vrbe Argentinenſi à Ioanne Gutenbergio Aurifice, qui inde Moguntiam veniens illam feliciter compleuit. Eandem postea auxit Ioannes Mentelividem Argentino. Sixtus Rufinger item Argentinus traduxit Neapolim in Italiam & Valricus Han Romam, Wimphelingus & Fulgofius. At Platina & plerique alij tale inuentum referunt ad Ioannem Faustium Moguntinum sub annum 1452. Paulus vero Iunius à Catainis India populis per Schytas & Moschos ad nos peruenisse scribit. Genebrardus addit & Themistaneas, quorum urbem patrum memoria Castellani in nouo orbe occuparunt. Qui vero de rebus Sinensibus scribunt, afferunt vsque adeo veterem esse apud Sinenses hanc artem, nullum vt inter eos extet originis eius monumentum. Primos autem libros in nostra Europa Typis mandatos voluit fuisse eos, quos de Ciuitate Dei Augustinus scripsit, & de diuinis institutionibus Lactantius. Volaterranus, Genebrardus, Notet lector in tot diuersis à Spondano relatis opinionibus Harlemonsium non esse rationem habitam non scriptoris ignorantia, cui sine dubio Batavia Iunij satis nota erat, sed quod nihil in huius scripto & illorum iactantiâ probabilitatis reperiret, adeoque nec dignam iudicaret, vt illa inter ceteras recensita lectoris iudicio submitteretur. HORATIUS TYRSELLINVS breuiter vt solet, ac sine loci specificatione hanc rem transmittit libr. 10. Epitomes historiarum: Per idem tempus (anno 1440.) ratio imprimendorum librorum apud Germanos inuenta magno ingeniorum compendio bonoque. Non dubito autem quin Moguntinos hic intellectos per Germanos velit. CHRISTOPHORVS HELVICVS in Theatro Historico pag. 141. Anno 1440. Ars typographica excogitata à Ioanne Gutenbergio Argentinenſi publicatur Moguntia primum, tum Argentinae, inde deducitur Neapolim & Romam. Wimphelingus &c. In China tamé aiunt diu ante eam cognitam fuisse. Ioa. Conſaluis. l. 3. c. 17. HENRICVS SALMUTH Polyhistor eruditissimus in aureolis suis ad *Panciroli* Memorabilia commentarijs ad tit. 12. rerum nouiter inuentarum, qui est de *Typographia*, non tantum veterem & receptam opinionem de hac arte in Germania Moguntia reperta retinet, sed Iunij etiam commentum nominatim rejicit: Illud mirere magis, inquit, ipsum etiam Hadrianum Iunium Germanis *Typographia* inuentionem non tantum voluisse*

quam

3. Hæricus
Spondanus

3. Hæricus

4. Horat.
Tyrsellin.

3. Christop.
Heluicus.

6. Hæricus
Salmuth.

voluisse ereptum ire, sed & Moguntiacum insuper Faustum illum, qui primus eius Author passim audit, plagii manifestò insimulasse, & recidiuam hanc diuina illius artis laudem Batauis suis, & ex his cuiusdam Harlemedi summa confidentia adserere non dubitasse in Batauia sua cap. 7. Hæc Salmuthus qui recitatis deinde iplis Iunij, ista de re verbis, sic tandem concludit; *Ista sunt fermè quæ à senibus annosis, fide dignis, & qui tradita de manu in manum quasi ardentem tadam in de- cursu acceperant, olim se intellexisse affirmat. Quicquid sit, Germania certè nunquam sibi hanc laudem patietur extorqueri, à grata Posteritate meritissimò his Be- roaldi celebranda versibus, &c.* Optatem equidem Iunianas istas venditatio- nes aliquanto solidius fuisse ab hoc commentatore refutatas, quod quia ab illo prætermisum est, experiat in sequentibus quid contra nouum hunc Carneadem effici & obtineri possit. Idem auhor in operis illius ad ritulum de Typographia auctuario, quod editioni anni 1629. accessit, prolixè historiam typographicæ inuentionis enarrat. Verum quia totus ille locus non tam Harlemediem litem concernit, quam ad alteram illam de Fausto & Gutenbergio quæstionem, veri nimirum illorum hoc inuentum originaliter tribui debeat, spectare dignoscitur, hic illum adscribere ab- stineo, relaturus infra suo loco, vbi dubium illud prædictum resoluetur. Occasione Salmuthijam citati placet, ipsius etiam PANCIOLOI cui is illustrando ista commentatus fuit, verba obiter apponere, quamuis mag- nam partem huc propriè non pertineant. *Notatu quoque digna est Typogra- phia inuentio, quæ in Germania reperta fuit anno 1440. Et inualuit opinio quendam per mare Germanicum & Balticum nauigantem in regionem Chinensium, qui olim Seres dicebantur fuisse delatum, eundemque cui Lusitaniam celocibus suis se adiunxe- rant, animaduertisse imprimendi artem ibi exerceri. Visis itaque & probè consideratis typis ac formis illis in Germaniam reuersum similem calcographiam concinnasse, quæ maximo nobis hodie, & adsumto est & lucro, quandoquidem olim omnia necessum esset, calamo describerentur, quem in usum multa constituta erant taberna, in quibus nihil agebatur aliud, quam vt scriberetur. Id quod multi laboris erat, & sumptuum ei præsertim, qui libros sibi comparabat. Ego paginas aliquot vidi China im- pressas, etsi memorie proditum non est, nunquam ibi typographiam extitisse. Hæc ille de Typographicis in Germania primordijs nugatur nõ sine manifesto Ion- niani liuoris contagio, cui quantum tribui conueniat superuacuum est pluri- bus ostendere, quando aliquoties iteratæ Batauorum anno 1592. & sequen- tibus ad Chinensium regionem per mare septentrionale nauigationum tenta- tiones semper ob imensum frigus & glaciæ vastissimos mōtes in irritum reciderūt, ac huc vsq; incertū manet an Aniani, quod vocant fretū eo loci Auiam ab America disterneret, vel potius nouus orbis illic veteri iūgatur,*

Guidus
Panciolus

ac isthinc alicuius interuentus vtrumque peninsulam efficiat, inuicemque
 connectat. Atque adeo navigationem istam Aquilonarem in Chinas &
 Indiam impossibilem reddat. Nam quod idem Pancirolus per Balthicum
 mare in orientem nauigatum esse scribit, ineptum nimis est, nec tam refu-
 tationem quam explosionem meretur. Per Moscouiam enim et Cyrio-
 furam & Helice itinerabres ~~etiam~~ etiam regant, curribus tamen, equis & tra-
 his potius quam onerarijs aut rostratis illi terrestres tyderum observatores
 vehuntur. Holsatica in Orientem legatio quam re feliciter & ex animi sen-
 tentia gesta nuperrime domum rediisse hebdomadaria nouitates, vt cum
 Aenea Syluio loquar, hisce diebus nunciarunt, an aduersarijs & Germanice
 gloria detractatoribus noua argumenta suppediratura sit, alias sciemus.

7. Mel-
 chior A-
 damus.

MELCHIOR ADAMVS Silestus in vita Philosphorum Germania de To-
 anse Faulsto & Ioanne Gutenbergio ita scribit: *Hac ratione & Ioanni illi Fau-
 sti nomen fatale non absurde dixerim, qui primus vel artem typographicam inuenit, vel
 saltem inuentam adiuuit & feliciter absoluit. Fuit is Faustus Germanus, ciuis Mogun-
 tinus, qui diuino haud dubie instinctu agitur, ingenij sagacitate plus quam Cadalea
 aut Cadmea nouum scribendi genus adinuenit, quam calcographiam, typographiam
 Grace, impressoriam autem excelsoriamue latine nominamus. Factum id Friderico III.
 Augusto imperante sub annum Christi millesimum quadringentesimum quinquagesi-
 mum. Verum hic sunt diuortia historiarum. Alij enim ijque non postrema nota historici
 Ioanni Gutenbergio Argentinenst Equestris ordinis viro acceptam hanc artem ferunt,
 idque decennio ante, anno nempe 1440 atque sic narrant Ioannem illum cum suo
 puero Schaeffero diu multumque de tali artificio cogitasse, tandemque literis vel compo-
 sitis, vel in asseres, tabulaeque in sculpsit artis specimen quale quale exhibuisse, ei postea opi-
 bus & consilio adiutores fuisse Ioannem Faustum, Ioannem Medinbachium, alios. Sunt e-
 diuerso qui asserant a Fausto & Petro Schaeffero de Gernsheim genero illius, cui vnicam
 Filiam Christinam desponderat, hoc diuinitimum munus inter secreta adductu omni-
 bus curuepydis in iusturandi religione ad silentij fidem aliquantisper habitum litter-
 rasque in sacculis clanculum in officinas importatas, rursumque ita exportatas, donec
 postea decennio exacto Fausti minister Ioannes ille Gutenberg in Germania vulgarit.
 Sed quicquid huius sit, illud tamen in confesso apud omnes est, Germanos artificij huius
 nunquam satis laudati primos esse Authores. Deinde & hoc constat, vt omnium aliaru-
 rerum, ita & typographicae artis tenuia initio fuisse exordia, qua progressu temporis ma-
 gis magisque fuerunt aucta, a diuersis & exculta. Nam integras paginas inciderunt,
 primum in lignum, deinde chartis commiserunt literas ibidem incisas, & litera primum
 a ligno facta sunt, deinde ex orichalco, tandem a stanno. Et cum, vt Philosophus ait faci-
 lius sit inuentis addere, quam inuenire, municipales illorum duum annis sequentibus adeo
 ad artificij genus expoliuerunt, vt quid in eo desiderari hodie possit, ne motus quidem fa-
 cile.*

ale inueniat, & Venetiis eandem ceperunt. Hamson Hamman dictus, Herrog &
 Octavianus Scotus, vt etiamnum libri impressi testantur. Et deinde post pauca. In Gal-
 lia Nicolaus Ienson librariam istam artem excoluit &c. Per Germaniam autem passim
 exercuerunt eam Artifices in plerisque celebrioribus vrribus vt Augustus Ioannes Bemler
 Biblia latina excudit anno 1466. Eslinga Typographus fuit anno 1475. Conrad Fi-
 ner, vltra circa eadem tempora Ioannes Zimer & Conrad Denckmuth, Colonia anno
 1490. Henricus Quentel, Basilea anno eodem Nicolaus Kesler, Noriberga Antonius
 Koburger. Huius artis periti erant primum summo in precio diuitisque affuebant, &
 magno are opera eorum conducebatur. Argentina Ioannes Mentel id artificii genus in-
 ceptans multis voluminibus castigatè & politè impressis factus est breui opulentissimus,
 sed vt in aliis etiam sit rebus, ita hodierna die, cum immensa sit librorum copia, ars hæc
 quoque vilissima vilescit, & præter labores vix aliud Typothetis & Impressoribus relictum
 est, omni quaestu ad officinarum Dominos & Bibliopolas redundante. Cæterum Pom-
 ponius Latus maiorum memoria & post eum Paulus Louius hoc inuento Germanos frau-
 dare mala fide conati sunt. Ludouicus etiam Gucciardinus in descriptione inferioris
 Germaniæ Harlemi in Hollandia Typographiam primum inuentam, Moguntiam inde
 exportatam inclarescere cepisse, vulgari sermone Harlemensium scribit. Hadrianus item
 Iunius in Batava historia pag. 25. authorem eius quendam Laurentium Ioannem
 cognomento Aedituum seu Custodem Harlemi laudat, verboseque archetypi formam,
 cui titulus Speculum salutis fuerit sibi visum describit. Qua de re candidis lectoribus iu-
 diciam relinquimus. Hactenus Adamus, cui IULIUM CÆSAREM BVLNGE-
 RVM Theologum & Historicum Gallum comitem do, vt illius prolixita-
 tem breuitate huius compensem. Is lib. 5 hist. sui temporis ad annum 1577.
 Id temporis per sodales S. Augustini China cognita & lustrata est, vbi tormenta mura-
 lia ante octingentos annos in vsu fuisse produnt, qua in Europa anno 1330. reperta per
 Bertholdum Schwartzium, Monachum Alchymistam, mox ad bella, pugna Cressiaca
 aduersus Gallos sub anno 1346. ab Anglis translata, tum à Danis & Venetiis anno
 1354. usurpata sunt, sic nobiles illa forma, quibus libri typis excuduntur anno 1440. in
 Europa per Ioannem Gutenbergem reperta & Moguntii primum exercita, in China
 ante mille annos vigere. FERREOLVS LOERAVS Belgici Chronici nuperus
 scriptor prodijt, qui in præteriti hic non debet, qui cum plerasque de
 ortu calcographiæ sententias recenset, nec aperte ex omnibus aliquam
 amplectatur, in Moguntinorum tamen partes potissimum videtur pro-
 pendere: Ioannes Gutenbergius inquit, secundum Polydorum Virgilium & Gilber-
 tum Genebrardum, alius (Ioannes Faustus) equestris vir dignitate, patria Argentimensis
 artem Typographicam diuina plane inuentione Europæis aperit. Qua de re vide Gar-
 ziam lib. 1. Aromaticum apud Indos nascentium cap. 38. Ioannem Barzum sua in Asia
 decad. 1. lib. 9. cap. 1. Paulum Louium libro Historiarum 19. aliosque apud quos intelli-

8. Iulius
 Cæsar Bv-
 lengerus.

9. Ferreo-
 lus Lo-
 erius.

ges Chineses Indiæ populos primos huius artis fuisse inuentores. De nostris vero scripserunt Polydorus Virgilius libr. 2. de inuentor. rer. cap. 7. Iacob VVimpeling. hist. sua cap. 65. Philippus Bergom. lib. 15. supplem. Gilbert. Cognat. lib. 3. Sylua Narrat. Hadrianus Iunius in Batauia descriptione, qui Laurentium Ioannem cognomento AEdituum siue Custodem ciuem & incolam Harlemensem prædicat huius artis inuentorem. Ex professo autem tres Neotericorum hanc tractarunt typographicæ inuentionis materiam: NICOLAÛS SERARIUS Iesuita in rebus Moguntinis, GEORGIUS DRAVDIVS in discursu suo Typographico, qui anno 1625. Francofurti excusus est, & GABRIEL NAÛDÆVS Parisiensis qui nuper primè scripsit, è quibus Serarius Petrum Bertium sibi præcipuè refutandum sumpsit, aliquotque capitibus lib. 36. 37. 38. & 39. lib. 1. rerum Mogunt. satis solidè hanc rem exequitur, referens, septem diuersas de loco & authore huius diuissimi inuenti opiniones, ac pro Moguntinis tandem concludens, reliquas vel ad rem non pertinere, & extra quæstionem esse ostendit, vel satis solidè & fortiter refutat, nec tamen citra modestiam, vti religiosi instituti hominem vel maximè decebat. Is igitur cap. 37. inter alia hæc quæ sequuntur de hac Harlemensium cum Moguntinis controuersia ponit: *Sexto an etiam in aliqua Hollandia sylua quidquam tentarit Hollandus aliquis, an item domi literas deformarit aliquas, nolim pugnare. Nam fortè & alibi pluribus tale quid in mentem venire aliquando potuit, quemadmodum viatores & hominum cogitationes in eadem aliquando incurrunt vestigia. Et hoc fortè tantum vult vulgaris Harlemensium fama, de qua Ludouicus. Guicciardinus. & postea: Sed illud se primo assero, æquum esse vt bonis vel testimonijs vel indicijs doceat Bertius, suo illi Hollando fuisse Seruum, & quidem tunc temporis Moguntinum, aut illum cuiuscunque vrbis, gentisue hominem ex Hollandia profugisse Amsterdamum, deinde Coloniam appulisse, & cur potius hæc in via vrbes, quam alia tam multa nominentur: an typographicum forte ibi aliquid inceptarit: doceat denique Moguntiam illum venisse, hic fugæ finem fecisse: hic furum suum in lucem dedisse, & quod alienum erat, quasi suum vendicasse. Alioquin si satis sit dicere aliquem esse Furem, quis, vt à veterum quodam dictum est, innocens & non fur? Et infra: Dico igitur & fauo artis huius habendam inuentricem Moguntiam, quia & domestici & exteri recetes & vetustiores, plures & suspicione omni alieniores id ipsum testentur testes. Subiungit deinde Erasmi, Polydoti, Trithemij aliquotq; præterea aliorum supra à me relata testimonia, ac tandem capitè illud ita concludit: Quocirca illud vnum hac in re dolendum, tam acerbè Hollandos istos de Moguntia narrare, quibus tamen hæc si vel in typis vel aliis in rebus laudem aliquam habeant, neque inuidet, neque admittit: sed suam quam à Patribus accepit in cuius possessione est, quæ ratio nulla eripit, quam tot & tanti etiam alieni & Bataui attestantur, defendit ac tuetur. Capite sequenti Serarius*

9. Nicolaus Serarius.

rius refert locum è Chronico Moguntino, quem huc transcribere operæ pretium est. Hoc autem vr̄bis nostræ Moguntiaci triumphale perpetua laudis & præconium quod hanc ingeniosam characterizandi artem non solum Italarum indagat, non celebris Græcorum sapientia, non multiformis Gallorum scientia, neque callidum Barbarorum reperit ingenium: sed industrius nobilis Vr̄bis Moguntiaci cuius, scilicet Ioannes Gutenberg, qui cum omnem substantiam suam propter artis difficultatem ferè profudisset, tandem auxilio Ioannis Fusth perfecit. Post quem Gudenbergh qui morabatur sum Junger / qui vsque nunc eius artis nomine nuncupatur Petrus Opilonis, id est, Schæffer eius gener artis impressoria dilatator extitit. Qui etiam suo tempore multa impresit opera. Ecclesia Dei quanta prouenerit ab hac arte utilitas, quis sufficienter eloqui valebit? dum multi Codices obsoleti puluerulentis olim reclusi Bibliothecis nunc impressi palam modico feruntur precio venales. Superfunt duo alij è recentioribus quos dixi, qui ex professo hanc pugnam depugnarunt, licet hæcenus mihi illos inspiciendi facultas non fuerit, ac omnis diligentia mea in illorum acquisitione me frustrata sit. Illi sunt GABRIEL NAV-
 DÆVS Parisiensis, qui Petrum Scriuerium eiusque Laurum Laurentianam (ita liber inscribitur pro Harlemo anno 1628. editus) sibi refutandum sumpsit, & GEORGIUS DRAVDIVS classicæ Bibliothecæ inter alia auctor qui ante annos non ita multos Francofurti librum euulgauit inscriptum: Discursus Typographicus, in quo cum pleraque alia, tum hæc etiam litteram ut audio attigit, neutrius verba & sententiam cum necdum videre illos contigerit, referre hæc vice queo. His omnibus autem qui volent præterea addere poterunt, SETHVM CALVISIVM historicum Lipsensem in Chronologia. MARTINVM CRVSIVM in annalibus Suevicis part. 3. lib. 7. pag. 373. & 412. IOAN. HEIDFELDIVM Sphyn̄gis Philos. authorem cap. 23. quod est de scriptura enigmatica. WILHELMVM DILICHIVM in Chronico Hassiaco, & ~~Epiphora~~ PETRVM MATTHÆVM Iurisconsultum Lugdunensem in notis ad 7. Decretalium l. 5. c. 3. AVTHOREM ANTIQVITATVM BRITANNICARVM in Thoma Burcherio 64. Archiepiscopo Cantuariensi pag. 291. IOANNEM SERRÆVM in inuentorio historia Francicæ in Carolo 7. DIONYSIVM PETAVIVM in Rationatio temporum part. 1. lib. 9. c. 9. IOANNEM DE COLLE in Theatro Imitatricium & imitabilem lib. 6. c. 3. IOAN. BVSÆVM in dedicatoria Abbatis Trithemij. IOAN. IACOBVM FRISIVM in Biblioth. Philos. ARNOLDVM RAYSIVM in Belgica Christiana pag. 167. Atq; hæcenus pro vtraque parte testimonia referre visum est. Nō indignabitur aut lector nec egrè feret me paulo prolixius in eiusmodi transcriptionibus versatū esse, nā & suū me negociū egisse puto fatebitur, ubi è sequentib; animaduertet, cui? bono tot diuersorū testationes cumulauetim & appa-

12. Georgius Drauidius.

13. Gabriel Naudivs

66. 7.

& apparebit me in illis quæ deinceps ex eiusmodi authorum dictis illavatus sum & probaturus. fucum nemini facere intendisse, sed copiam potius vnicuique à me datam esse, statim in rem, quod dicitur præsentem eundi, nostrasque assertiones cum ipsi fontibus, unde haurita sunt, conferendi. Omnes autem optima fide citatos esse quoscunque in medium adduxi Authores, neminem dubitare velim, nec enim præterquam ipsi mihi hæc in re credidi, nec ullius quicquam excerpfi, nisi propriis inspectam oculis, nec & ipsum me & alios imprudens deciperem.

CAPUT V.

Quo utriusque partis dicta examinantur, & Argumenta pro Moguntinis referuntur.

VT igitur secundum propositum ab initio ordinem procedam, agendum relata iam pro utraque parte testimonia inspiciamus. Ante Ianuarius ut dixi, nemo de quo constat, publicè pro Harlemensibus tale quid vel obliquè asseuerare dignoscitur. Chronici enim Colonienfis Author, quæ non faciat pro Hollandis, infra suo loco patebit. Ad annum igitur usque 1588. quo Hadriani Iunij Batavia in hominum manus venit, vel (altem ad annum 1575. quo ille terræ valedixit, ac huic operum suorum, ut traditur ultimo immortalus est: Doctorum nullus pro Belgis Germaniæ molestus fuit, per annos ad minimum centum viginti quinque, solùm itaque Harlemensium & vicinorum traditioni, de qua Guicciardinus alijque, eò usque tantæ rei notitia ac probatio innitebatur, quod quam sit fragile veritatis fundamentum mille experimentis orbi notum est. Quid enim crebrius sædiusque omnium ferè gentium antiquitates & historias inquinavit, quam istiusmodi ab improbis callidè, aut rudibus stolidè conficta à reliquis temerè creditæ de Urbium Georiarumque Originibus, de superiorum temporum gestis, institutis, inuentis impudentes & inspidæ fabulæ, quæ tamen multis in locis tam altè hominum persuasiones insederunt, ut sine discrimine alicuius inquisitionis ac capitis periculo vix in dubium reuocare liceat. Per me quidem Harlemensibus integrum est, ut Laurentiam hunc

hunc cum Lemo itidem suo ad Brabonem cæterosque eiusdem generis Heroas adscribant, dummodo mihi quoque bona cum venia permittant; de plebeculæ suæ genis amplius quid non credere, quam quod vel idoneos authores habeat, vel probabili saltem verisimilitudine coloretur. Hoc in postulato meo cum à modestia non abeat, confido me bonos omnes & cordatos habiturum astipulatores, quorum etiam iudicio, & examini qualemcunque hunc discursum meum subijcio. Ac primò quidem intutum & plusquam temerarium mihi videtur tot, ac tantis gravissimis ac fide dignissimis, relatis à me ad longum, scriptoribus, qui magnam partem vel ipsius Typographicæ inuentionis tempore, vel breui post vixerunt, quibusque ipsimet Inuentores eorumue Discipuli oculis visi & familiariter cogniti fuerunt, assensum denegare, & Hollandicis istis Congerronibus, quibus & hæc & similia alia in Harlemonis sylvæ ambulatorio otio confingere, proclive fuit de re testatissima credere.

Secundò tanto hoc inconsideratius foret, quod ex quam plurimis excellenti doctrina, & probitate Batauici tractus eruditissimis Viris quotquot illorum post Typographiam inuentam ante Iunium vixerunt, ne vnus quidem hætenus repertus sit, qui Patriæ suæ hanc alijs debitam laudem arrogare ausus fuerit, qui tamen taciturni non fuerant, si quid salua veritate ea de re prodere potuissent: maxime quod & domesticarum rerum non minorem Iunio notitiam habuerint, nec occasio etiam illorum plerisque defuerit, Batauiæ gentis decantatissimam historiarum monumentis, gloriam adeo luculenta mantissa augmentandi. Certè aliqui illorum patriam Historiam ex professo dataque, quod dicitur, opera Posteris tradebant, ac eadem illa in quæ typographica incunabula incurrunt tempora sub manibus habebant, vt sine flagitio impietatis in patriam tacere, si quid ista de re compertum habuissent, non potuerint. Ex illorum numero Reinerus Snoius & Guilielmus Heda fuerunt, celebres Batauicorum Annalium Conditores, apud quos ne gri quidem hac de re reperias; sed reliqui etiam Cornelius nimirum Aurelius, Alardus Ambsterodamus, Iacobus Ceratinus, Cornelius Crocus, Martinus Dorpius, Theodoricus Langius, Petrus Nannius, Pontus Heuterus, tum etiam nobile illud par Poëtarum Cornelius Musius & Ioannes secundus Hagienfis, ac posterioris huius gemini fratres Nicolaus Grudius & Hadrianus Marius, si non omnes, certè vnus saltem alterque de multis nec Patriæ hanc laudem nec Philologis notitiam inuidissent, si qua fuisset penes illos eius rei, vt pote quæ nec obscura esse, nec latere diu poterat, conscientia. Si autem non mouet illos qui contrarium sentiunt illorum omnium quos recensui silentium, moueat illos & obmutescere faciat,

*Argumē-
ta pro Mo-
guntinis,
contra
Harlemes.
1. Arg.*

2. Arg.

3. Arg.

ciat, quod tertium contra illos argumentum esse cupio Erasmi & Opmeer-
 ti, uti domesticorum, ita grauiſſimorum Testium auctoritas, quorum al-
 terum supra vidimus, alterum hoc loco, per imprudenciam ^{ſupra} om-
 miſſum referemus. Iſ igitur (Erasum intelligo) in Commentarijs ſuis
 ſupra Tom. 1. Operum Hieronymi ad Epistolam 9. quæ Gerontii ſeu
 Ageruchii ſcribitur, hæc habet. *Huius Vrbi (Moguntia) omnes bonarum li-*
terarum ſtudioſi non parum debent ob egregium illud, ac penè diuinum inuen-
tum ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant. Addamus E-
 rasmo Cornelium etiam Callidium itidem Barauum ex Gaudâ Vrbe, qui
 in calce Catalogi ſui de viris Illuſtribus diſertè agnoſcit Moguntiam e-
 lectoralem Urbem huius artis Inuentricem, idemque in ipſo etiam libri
 frontispicio teſtatum, & adſcriptum eſſe voluit. Fuit autem Iunij Syn-
 chronus & anno 1581. Catalogum ſuum in uicem protulit. Iſ igitur omnes
 diſertis & expreſſis verbis pro Moguntinis faciunt, Patriam vero, licet il-
 lius amantiſſimi fuerint, alienis plumis comptiorem facere, nullus de tribus
 ſuſtinuit.

Arg. 4.

Quarto iſdem attendant velim an ex ipſis ſaltem Harlemenſibus ſuis,
 quos illis proximeque ſequentibus annis doctrina, & literis floruiſſe Box-
 hornius tradit, vel unum nominare poſſiat, qui Patriæ, & veritati hanc ope-
 ram impenderit, & Laurentio iſti Coſtero hanc literarum illuſtratarum glo-
 riam aſſeruerit: Simonem dico Hermannum, & Albertum Ioannis Car-
 melitas, Andream Noorthium & Nicolaum Hollandinum Prædicatores,
 Theodorum & Florentium Harlemios Carthuſianos, Petrum à Monfort
 & Vincentium de Harlem, cæterosque. Nam quis credat omnes illos fuiſſe
 tacituros, aut Boxhornium ſi quid quod ad rem faceret, illi ſcripiſſent, non
 prolaturum fuiſſe? Quod enim idem deinceps addit Ioannem Surenum
 Harlemenſem inter alia Dialogum elegantiffimum ſcripiſſe, quo artem
 Typographicam Harlemi primitus, & non alibi inuentam fuiſſe pluribus
 oſtendat, is, in album hoc venite nequit, cum poſt Iunium vixerit, ac anno
 demum 1591. decimo ſexto ab illius obitu deceſſerit: De antiquioribus e-
 nim & qui Iunium præceſſerint loquimur, quoſque ille audaci confidentia
 ſua non ſeduxerit. Unus igitur Iunius tandem repertus eſt qui ſpretis tot
 exteris domesticisque contra ſe Teſtibus vilipenſo tantorum quibus Ba-
 tauia æternum gloriabitur authorum perpetuo ſilentio, neglectis tot pub-
 licorum monumentorum ponderibus vnus famæ rumuſculos venari, po-
 pulares nãnias attendere voluerit. Id certè vel ipſius rei geſtæ tempore ple-
 num periculoſæ audaciæ fuiſſet, nedum vt integro demum ſæculo poſtea
 eum rerum fide & veritatis fiducia tentari quiuerit. Talium enim rerum

yaga

vaga & mobilis fama, vires, vt Poëta ait, eundo acquirit, perq; manus traditam eiusmodi narratiunculam aliquam nouus Propagator nouitio plerumque mendaciolo locupletare & comere auer. Factum id hac in re iudiciosus Lector, vt confido mecum fatebitur, dummodo textum Iunianum, quo collapsio reliquorum simul tradita ruere necesse est, vna inspicere, & ad trutinam reuocare dignabitur. Nec enim id solū, sed & alia à vero absona, absurda, repugnantia sibiq; contraria in illo animaduertet. Et quis spondere velit, non fuisse hac in re, aut ab illo, aut à quoquam alio factitatū, quod Bodinus scriptum reliquit: *licitum nempe esse in Patria gratiam mentiri*: quod dubij istius, nec satis probatae fidei Scriptoris temerarium effatum vti semper improbaui ita in quoquam ferendum esse persuaderi nequeo.

CAPVT VI.

In quo Iuniani testimonij seu asseuerationis textus excutitur & refellitur.

VT igitur ad architectum huius commenti Hadrianum Iunium Medicum veniamus, eiusq; de Harlemensi Typographo satis patheticam narrationem aggrediamur, sub initium, ne quod sentio subniceam, omnia potius quam iudicium Iunij in tota ista narratione requiro, tum quod Carneadicam eloquentiam, quam veritas, vt pote simplici orationis filo contenta non requirit, ad persuadenda ista Hollandica paradoxa sua exoptat, tum quod sub finem sibi certo persuadet, suae isti satis prolixae, nec indisertae narrationi fidem non ita habitū, qua in re vt cordatioribus libenter assentior & Iuniano praesagio minimè vano totus acquiesco, ita optandum esset idem ab illis etiam fieri, qui tam desperatae causae patrocinio se aliosq; fatigant. Nihil autem iam dicam de Aeditui in primaria & Patritia Laurentij istius familia haereditatio munere, quamuis instar monstri haberi possit consularis hic Iunij aedituus: Illud quaero, cur faginos sibi potius cortices quam quoduis aliud litteris efformandis lignum delegerit, eò quod tum ob fragilitatem, tum etiam curuaturam conuenientis denique crassitiei defectum istiusmodi cortices huic rei minimè apti sint. Quisquis enim pinaces tabulasque planas, vel etiam sigillarias literas siue literarum, vt nunc vocamus typos, quo video Iunium inclinare ex fagorum

libris conficere tentabit, continuo illos rumpi animaduertet, ac ipsa etiam scabrities prædictorum corticum eiusmodi pinguioris Mineruæ inuentioni impedimento est. Et quare tandem si faginæ materiæ copiam habuit, cortices potius quam ipsum lignum huic nouo commento suo delegit? Quod deinde addit, ideo Laurentium animi gratia vnum atque alterum verticulum faginis istis typis charæ impressisse, vt Nepotibus & filia suis Litterarum formandarum exemplum esset, quis non videt Iunium meras nugas agere? Nec enim res tantilla nouum istum apparatus & inuentionem desiderabat, nec vnquam vel Iunio vel cuiquam credam, tam politos & nitidos fuisse istos primordiales ludicri ambulatoris typos, vt scribendi artem inde melius quam ex Artificis alicuius accuratè manuscripto exemplo Laurentiani Nepotes capere & haurire potuerint, præsertim impressorio atramento, vt ipsemet Iunius fatetur, necdum reperto. Porro faginos deinde typos in plumbeos, hosque mox in stanneos Harlemi mutatos esse, non tam facile alijs persuadet Iunius, quam ipse, & hoc & absurdiora alia comminisci potuit. Hæc enim dicere non sufficit, sed probare conuenit, maximè contra communem opinionem ipsamque probatissimam veritatem agenti. Ac proferre & exhibere debebat, vel nominare saltè libros librumque illis assensu typis excusos, quod hæc & nus non meminisse, vel ab hoc Iunio, vel eius sequacibus, tentatum fuisse. Nam illud primæuum huius artis Rudimentum, quod Iunius se vidisse scribit, hodieque vt Petrus Bertius in rebus Germanicis author est, apud Petrum Scriuerium extare dicitur, non per typos eiusmodi sigillatim iungi & impressioni adhiberi consuetos, qualibus etiam nunc utimur, sed ~~vt~~ vt illi asseuerat totis ac solidis ligneis tabulis, quibus litteræ incisæ essent, excusum fuit, tam ipso Iunio quam Bertio id ingenuè restantibus. In illo tamen vtriusque testimonia differunt, quod Iunius vernacula, Bertius verò latina lingua Speculum, illud conscriptum esse dicunt adeò ne in hoc quidem inter illos conuenit, quod vnicum commenti sui fulcrum habent, si tamen habent. Illud autem perquam lepidum, quod ex typorum istorum reliquijs cœnophora conflata dicat Iunius, eaque etiam tunc suo tempore in Laurentianis ædibus adhuc visa fuisse. Bene certè dixit, quisquis is fuit ex antiquis memorem esse oportere qui talia comminiscatur. Ac vix intelligo, quas tandem reliquias dicere velit, an forte reliquas à Fausto, cum is artis, vt vocat, Choragium conuasaret & aufugeret? Liberaliter sane ille cum Hero suo egit, si tantum ipsi typorum reliquit, vt integra inde Oenophora fundi potuerint. Et cur illa potius conflata quam in artis continuationem seruata fuerint, sed de illo mox videbimus. Mihi quidem verisimile neutiquam vide-

videtur, si Laurentium eiusque Hæredes & Posteror vel illo vel quocunque alio tempore inuentionis suæ & artificij piguit, quod potius illius reliquias conseruare quam memoriæ, testimonij ac antiquitatis ergò conseruare uoluerint. Ac merebantur sanè uinatix istæ Amphoræ seu Canthari, modo de materia benè constaret, non minus ac ipsa met Laurentianæ ædes, ad rei memoriã sempiternam inscriptione aliqua magnifica insigniri, illisque ipsis aduentitiam Cereuisiam, ut in superiori Germania Vinum solet, ad Harlemensem istam gloriam per omnem, eo pacto Europam imò Indiam ipsam & Orbem nouum magis magisque propagandam nouis Hospitibus propinari. Quod si religioso quodam horrore facere id uerarentur, saltem illos sacris uatibus suis consecrarent, qui furorem inde Poëticum, quoties uel contra Moguntiam & Rhenanos plagiarios aliquid pangendum uel Laurentianis Manibus anniuersaria laudatione parentandum esset, affatim haurirent, aut etiam instar Loldanensium pelium ad magnificentissimi templi sui parietinas illos suspenderet, & dedicaret. Sed uideamus reliqua: Ait typos Laurentio fuisse furto ablatos, surem illis ipsis Moguntix doctrinale Alexandri & tractatus Petri Hispani anno 1442. excudisse, idque certum esse dicit. Quomodo uero certum, Iuni, cum præter te nemo id dixerit, nemo scripserit, imò nec fando quispiam audiuerit? Rectè hic Serarius illud Iuliani Imperatoris usurpat: *Equi innocens erit si accusasse sufficiat?* Igitur Harlemenses isti Spauiatores certo sciunt, quid de typis eorum in media Germania actum sit, de quibus in iplo rei actæ loco nemo quicquam uel auditione sola intellexerit? Colonienſia certè ab ipsomet Boshornio citata Chronica, non Petrum illum & Alexandrum, sed Latina Biblia omnium prima fuisse Moguntix impressa, memorant. Imò, uerò cum certissimum sit, plumbeos, stanneosue uel cuiuscunque materiæ alterius typos illo æuo nec inuentos in Hollandia fuisse, nec aliunde aduectos aut apportatos ibidem extitisse, consequens puto erit illos à Fausto aut quouis alio inde surripi & asportari non potuisse, nisi inuitis & reclamantibus Philosophorum scholis, priuationem sine habitus præsuppositione introducere, ac non ontiquitates suas assignare contendamus. At fugit infaustus ille famulus (sic enim orlam suam ineptiendi telam prosequitur Iunius) media nocte Natalitia, reliquis operis & omni familia cum Hero facris operantibus, Auget certè infamis huius plagij sceditatem ipsius temporis sanctitas, quo tamen ego, si modo Hollandos rerum suarum attentissimos, & Oeconomicos, si quis populus alius, benè gnaros rectè noui, officinam potius clausam quam furum ingressibus & contactibus expositam, & prostitutam fuisse crediderim, præsertim quæ tantæ artis nulli mortali-

calum, ut illi volunt, præterea cognita arcana seruaret. Ac potuerit sane numerosa familiae populum vnus *Faustus* fallere; potuerit è domo se cum prædâ istâ optimâ indeprehensus proripere; num vrbs etiam muros eadem operâ tranuolare potuit? Cui enim persuadebunt nocte intempesta Portas reclusas liberum præstitisse plagiaro isti Harlemensi abitum; nullam ipsi factam à vigilum cohorte molestiam, cum etiam interdum sub diuinorum tempus Portas claudere, vigilias agere, stationes disponere tralatitium sit. Et an non iure flagitamus ab illis, qui qua via fugiens iste compilator iter fecerit, quas vrbes adierit, vbi primum constitit, quid longissime absens longo tempore rerum egerit scire profiterentur, ut simul indicent quo artificio, quo stratagemate? num scalarum an ferramentorum ope vel muros superarit, vel portas effregerit & euaserit? Si se hoc nescire respondere volent, annon meritissime illis de longinquis & distitis fidem denegamus, qui de domesticis ac ante pedes ac oculos positus, quod affirmant, nil proferre possint? hæcenus certe eius generis nec tantillum protulerunt. Ac dubito sane stultio remne an felicior em dicere debeam, scripturarium istum furem, qui non aliam potius noctem ad hoc sibi facinus delegerit, quam quâ omnis Ciuitas insomnis erat, sacrasque vigilias agebat, ac nihilo tamen minus forte ominosi nominis sui auspicio confusus *fauste* & sine impedimento elapsus sit. Iam quod eum primum *Ambsterdamum*, dein *Coloniam*, tandem *Moguntiam* delatum esse aiunt, ad id præter illa, quæ non sine maxima causa à *Serario* dudum quæsitæ sunt, nil aliud respondeo, quam facillimum esse talibus circumstantiarum Emblematis quod confinxeris exornare, quibus utique præstigiæ artibus licet incautioribus fucus non ratò fieri contuerit, sagaciores tamen haud difficulter istum subodorantur nec imponi, de facili, tali imposturâ sibi sinunt. Et annon credibilius est istum properantem cum Batauicæ gloriæ onere furem quæuis potius diuerticula, quaslibet latebras quæsiuisse, quam ut viâ regiâ progredèretur, celeberrimas quasque vrbes ex itinere salutaret, in ipsa denique Germaniæ metropoli Moguntia, quæ illo tempore adhuc Imperialis erat, ac flore & splendore vix vlli in omni, quam latè patet Imperio concedebat, sedem figeret, artis nouæ furtiua Instrumenta expediret, per multos annos exerceret, idque aperta ut ait *Iunius* officinâ? Certe is eò loci ob celebritatem & vrbs & artis propalam ita artificium suum ut *Iunius* nugatur, faciens, latere diu non potuisset, & monstri simile fuerit si *Hollandicus* iste *Laurentius* paucorum dierum itinere *Moguntiam* insecutus non fuerit, homi-

nem

minem nequissimum, qui vberimè quæstus artem sibi interuertisset, præsertim cum qua abiisset, vbi consisteret, quid rerum ageret publica, ut asserunt, famâ loqueretur, ac satis ipsi constaret? quem hoc tempore idem vel simile quid tentantem in *Indias & Japoniam* vsque vel publicis vrbis aut Prouinciæ impensis persequerentur. Sed demus sane *Faustum* seu quemuis aliam *Harlemenses* typos interuertisse, num eo ipso ars quoq; ipsa similes de nouo fundendi aut efformandi *Laurentio* simul crepta fuerat? an propterea præla *Hollandica* perpetuum deinceps cessare debuerunt? Omnes medijs fidius fidem superat, quod huiusmodi absurditates vel *Germanis* nobis vel quibusuis alijs persuaderi posse sperant & in vanum contendunt. Ecce enim anno 1441. ex sententia *Iunij* plagium illud contigit: ait enim anno 1442. intra vertentem annum prodijisse *Moguntia*, quos dixi libros: ab illo tempore vsque ad annum 1462. quo ars impressoria eo vsque in occulto exercita per diuersas mundi plagas diulgari cœpit anni sunt viginti, quod ego spacium satis amplum arbitror ad vastatæ officinæ restorationem, ad nouorum typorum efformationem ad præueniendum denique *Moguntinum* tenebrionem. Nam licet ego *Faustum* non dubitem principem esse omnium *Typographorum*, hæctenus tamen quamuis satis curiose inquisierim, nullum mihi codicem inuenire & conspiciere datum est, qui anno 1459. certo & publicè confesso testimonio antiquior esset, ut infra latius euentilabitur. At aiunt quidam *Laurentium* medio operi priusquam rei inueniendæ colophon imponeretur, immortuum fuisse, illamque causam esse, quare *Faustus* *Moguntia* *Harlemenses* præuenerit. Dicunt sanè id *Maialius*, *Quadus*, alij. quo teste, quo fundamento ipsi viderint, sed *Iunius* id non dicit, qui non totis tantum pinacibus sed typis etiam singularibus, plumbeis, stæoneis maximo quæstu, fauentibus hominum studijs, Emptoribus vndique confluentibus, coadunatis pluribus operis, typographicum hoc artificium exercuisse *Ædituum* suum asserit. Quid? annon vterque & *Iunius* & *Bertius* affirmant *Laurentium* suum anno 1447. atq; ita sexto à fuga & furto prætenso *Fausti* anno adhuc in viuis exstitisse. Ille enim scribit anno 1575. eum ante annos 128. hic vero anno 1600. quo contractas tabulas edidit ante 153. annos *Harlemi* vixisse, cuius vtriusque computatio, in illud quod dixi tempus incidit. Igitur satis ipsi spacij fuit nouas pinacas incidendi, nouos typos fundendi, quod tamen quia toto sexennio nusquam reperitur factum esse, num deinceps tergiuersamur *Iunium* & consortes eius ad *Plauti* *Pseudolum* & *Luciani* *Pseudomanti* ablegare? Ac ut maxime concedatur ipsum *Laurentium* seu rei indignitate, seu animi mœrore, seu quouis alio casu haud ita diu superuixisse,

num.

num propterea eodem statim momento, ipse etiam *Thomas Petrus* quem homini generum, & artis Cooperatorem fuisse volunt, commortuus est? num vniuersa tantæ arcani conscia familia simul ad vnum omnis interijt? Nepotes certè non supervixisse tantum, sed iustam etiam ætatem attingisse, honores in patria gessisse, ipsemet *Iunius* fatetur. Igitur nullus illorum scivit ve exercere dignatus fuit, quod ad honorem familiæ suæ peculiariter pertineret? quod maximè quæstuosum esset? quod ipse etiam famulus licet exterus, & vt exitus, si Dijs placet, docuit, dubiæ fidei didicisset? Miseret me profecto harum ineptiarum toties sibi non constantium, nec causam video cur *Faustus* ille, quem præter artem iungendorum characterum aliaque ad rem spectantia etiam fusilium typorum peritiam in Baravia ab herosuo edoctum percalluisse ipsemet *Iunius* enarrat, se cum capitis discrimine exponere voluerit periculo, manifesti furti evidenti, sed minimè necessario, cum solius artis cognitiæ beneficio citra sarcinas superfluas & vitæ baiuli sui insidiatrices Germaniam expeditus & securus Viator repetere potuerit. Astimet igitur Lector iudiciosus an non agendi modus, & ipsa acerbitas conviciandi qua & *Iunius*, & aliquot alij dum hanc licentiam exercent abripiantur, malæ causæ haud obicurum argumentum censeri possit, maximè cum sine omni causâ contra innocentes *Moguntinos* omnia potius alia promeritos inuehantur, eosque hanc debitæ *Belgis* laudis possessionem nefariè tenere & occupare criminentur, vsque adeo vt etiam conscientia contagionem inde contraxisse non dubitent impropere. Nihil tamen probabilis causæ habent tam odiosæ & probrosæ impetitionis. Quæ enim horum culpa, quod delictum est, si quod omnes ante hac docti affirmarunt, quod omnis Europa credidit, quod & ipsemet *Bataui* confitentur, ipsi non contradicunt? Si acceptam à maioribus traditionem, eamque non ex vagis vanisque rumoribus enatam, sed publicis gravissimorum Authorum monumentis consignatam seruent & custodiant? Equidem ex omnibus illis quos superius sat magno numero produxi Testibus, nullus omnium est, quem *Moguntinum* hominem fuisse hætenus mihi constet. *Munsterus* enim propè *Moguntiam* quidem natus est, nec tamen cum *Basilea* ætatem egerit ex eo suspectæ fidei testis censeri potest, & *Serarius* licet aliquamdiu *Moguntia* vixerit, ortu tamen *Eorharingus* fuit; de manuscripti *Chronici* authore eiusque patria necdum mihi liquet, reliqui sane omnes nihil ferè cum *Moguntia* commune habent, præterque *Germanos* ipsi *Belgæ* quoque (id repetendum est) *Gallis*, *Italis* alijsque exteris in idem testimonium consentiunt. Ac obseruet rogo Lector benignus quantum sit discriminis inter *Moguntinorum* hæc de re affirmationem & *Harlemensium* vendi-

venditationem: apud illos enim communis omnium vox & fama præter
 ipsa rerum testimonia, de quibus infra ex fidedignissimorum scriptorum
 lucubrationibus originem & principium suum habet, atque adeo tuto, sta-
 bili & durabili fundamenti inimitur: cum vice versa non nisi ex solius *Urba-*
næ plebis rumusculis & susurris *Iunius* & alij ipsi ad stipulantes tradita sua
 mutuari fuerint, magna & periculosissima, ut supra obiter quoque tactum
 est, historicæ veritatis adulteratione. Ac perperam is auitam suæ gentis ho-
 minum socordiam, eò quod ante se nemo *Batauorum* hanc ad illos non
 pertinentis gloriæ hæreditatem inuasit, incesse præsumpsit, cum po-
 rius laudem illi mereantur, quod ab aliena messe falces suas continerint,
 nec contra gesta rei fidem ex vicino & amico *Germanorum* populo vio-
 lentas rapinas agere voluerint. Perperam similiter idem postliminio repe-
 rit, quod *Hollandici* iuris aliquandò fuisse, nec ante ipsum quispiam scri-
 psit, nec ipse sufficienter ut debuerat probauit. Quos enim is per *Sarytam*,
 ut vocant, testes aduocat, & generatim produxisse satis putat, senes anno-
 sos, fidedignos, auctoritate graues, reipub. administratione claros, illi qui
 & quales fuerint ego alijque Lectores diuinare non possumus, nisi quod
 rei ipsius absurditas satis illos prodit. Vnum tamen speciatim exhibet
Cornelium Bibliopegum, de quo & ex Præceptore suo *Nicolao Galio*, & ex
Consule Quirino Thalesio se audiuisse refert, sed quis sit vel illius *Bibliopegæ*
 vel ipsius *Iunij* stupor & alogia quæso Lector ne graue sit mecum inspice-
 re, ut enim ex vngue leonem, sic ex illo silicernio cæteros illos *Iunij* de-
 pontanos facile est astimare. Nec dubito si plures ex indiscreto & confuso
 testium tuorum numero interrogandi nobis facultatem fecisset, quin paria
 ac grauiora etiam in illorum, quos ut sine nomine vulgus transmittit, te-
 stimonijs deprehensuri fuerimus. *Cornelius* igitur ille qui uti iratus in *Co-*
medijs Chremes aliquis, omnes irritati Senecionis partes in istâ Scenâ *Iu-*
nianâ egregè peragit, tandem *Fausto* plagario tantopere minitari intro-
 ducitur, ut ob ereptam furto gloriâ etiam licitoris exemplum in illum e-
 diturus fuerit, si vita illi superfuisset. Hæc postrema verba, si vita superfuis-
 set, non ad ipsum *Cornelium* referri possunt, ut pote, qui ut *Iunius* dicit non
 minor octogenario fuerit, cum ita excandesceret, sed de ipso *Fausto* intelli-
 gi debebunt, cui tamen similiter applicari minimè possunt. Contigit enim
Harlemense commentitium illud plagium, ut supra ex *Iunio* vidimus an-
 1441. *Faustus* autem ad minimum anno 1466. adhuc in viuis fuit, quo tem-
 pore *Officia Ciceronis* uti post *Petrum Ramum* in scholis Mathematicis &
Irenicum Salmuthus & *Zyvingerus* tradunt, publico dedit, testante id ipsum
 inscriptione, quam omnes illi referunt, & ego infra suo loco exhibiturus
 sum.

sum. Superuixit igitur non minus 25. annis *Faustus* noster post assertam illā fugam, ut nec huius nec minitabundi vltoris breuior ætas impedimento fuerit, quo minus vindicta institui potuerit. Ac debuit quidem vel *Cornelius* iste, vel qui illius personam inducit aliud quiduis, quam id quod causatur obtendere. Ut interim taceā furtiuz rei repetitionem morte furis non adimi, nec etiam conditionem eius interire, illiq; cui de eius decessu constituerit, vix locus obitus ignotus esse potuerit. Nihil certe ego in isto Iuniano mino animaduerto, ob quod *Batavius* ille præclarus actor vsq; adeo tumido debuerit ore delirigare. Ex prædictis cādide Lectori arbitrandum committitur, quantum fidei *Iunij* testimonio impertiendum sit, qui adeo sollicitè & accuratè in ingressu commentitiæ narrationis suæ & anilium fabularum simillimæ fidei sibi præstruxerat, quamq; citatum è *Plutareho* dictum appositè is applicarit. Si quid hæc re iudico nō tam defunctorum manibus quam patrij soli gloriæ cui cum hic, tum alibi obnoxius fuisse deprehenditur, istam operam suam insumpsit. Et est tamen, quod facile concesserim, affectus ille cum primis laude vehendus, multisq; immortalitatem conciliauit, si tamen concessos ille non egrediatur terminos: plurimos interim veritati vim facere adegit, & glorioli alicuius mendacioli illecebrâ inescavit, qui etsi veniam forte aliquorum (certe non meo) iudicio impetrare queant, non tamen laudem simul & astipulationem merentur.

CAPVT VII.

*Reliquorum qui pro Harlemensibus pugnant
refutatio.*

Sed dimisso aliquando Iunio venio ad reliquos è quibus *Bertius Iuniani* Stextus transcriptor per superiora refutatus est. Nā quæ is de *Trifurcifero* & *lesquillauernione* addit, responso non egent, sed vt scōmata sine causa, sine fundamento effutita per se concidant. Idemq; *Scruerij* epigrammati & *Elegia* regestū volo, superest *Hollādici* theatri constructor, cui tamen si *Iunianū* è *Batavia* textū, tum magnificas illas ex parte rubricatas inscriptiones, ac *Rabbunica* demique somnia demas, reliqua quæ super sunt magis euerredis *Harlemensibus* seruiant, quā ad *Moguntinenses* oppugnādos valere possint, adeo quidem quod sine causa mireris, vt ea ipsa quæ suam ad sententiā confirmandam produxit testimonia, contra ipsummet eiusq; complices faciant. Perſuadet enim sibi doctus ille vir se *Mariangeli accurſij* & *Coloniensis Chronici* testimonijs cornicum oculos, vt in proverbio est, omnimodo cōfixisse, ac *Moguntinos* omni quod dicitur statu deieuisse, quod

verumque tamen Moguntinis æque ac impetus & insultus reliquorum, qui hoc negocium nec quicquam contra illos tractant typographicæ artis inuentionem intactam & illibatam relinquunt. *Mariangelus* enim nil dicit amplius quam ex *Donatis Hollandiæ* *Ioannē Faustum* qui *typos æreos plumbeosque Moguntia inuenerit*, *AD MONITVM FVISSE*, ipsum autem imprimendi artem primum excogitasse, multaque ad artem poliendam deinceps addidisse filium eius *Petrum Scaffer*. *Colomense* etiam *Chronicon* et si dicat primum huius artis simulacrum aut praludium seu prefigurationem (*Do: bildung*) fuisse istos *Hollandiæ Donatos*, tamen verbis clavis & apertis fateatur & testatur omnium primo *MOGUNTIAE AD RHENVM TYPOGRAPHIAM INVENTAM* esse, ibidemque primos produisse quos *Orbis occiduus* vidit impressos libros. Item *Donatos* illos *Hollandicos* non dicit *Typographicæ* initium fuisse, sed ex illis initium eius desumptum esse. Quid clarius? quid magis dilucidum? Annon hi soli testes *Boxhornii* ac *Scriuero* refutandis sufficiunt, quorum tela in alios contorta in ipsos productores retorquentur, eorumque prætensionem iugulant. His addo *Petrum* etiam *Bertiū* supra citato loco ex *lib. 3. rer. Germaniæ*. eius, ubi dicitur verbis fateatur tabulas illas ligneas *Hollandicas* ad instar librorum *Chinensium* non nisi *AFFINITATEM* aliquam habere cum hodierna *Typographia* nostra. Iam *Rabbi Iosephi* test. monū insultum prorsus & ridiculū, quod attinet, differimus illud vsq; dum de tēpore huius inuentionis agamus. Debentur autem genitrici huius viri gratiæ quod victas veritati manus dederit, fateaturq; *typos æreos, plumbeos, stanneosque Moguntia* acceptos ferri oportere: Verba eius hæc sunt: *Sed non difficile est hanc tam grauem ac tam nobilem controversiam, & qua clarissima nostri aui ingenia exercuit, componere: nempe si vel id quod res est concedamus, typos quidem ligneos à Laurentio Harlemensi primum fuisse inuentos, typos vero stanneos, æreos & plumbeos ad horū exemplar efformatos esse à Ioanne Fausto ciue Moguntino &c.* Cōsentit cum hoc authore, qui ipsi facem uti antiquior hoc in negotio accendisse ac præluxisse videri potest, *Petrus Bertiū*, qui eadē planē ratione, ut ex relato in superioribus è *lib. 1. rer. Germaniæ*. eius loco apparet. litē hanc componi debere auctorat, cum quibus non dubito, quin doctissimus etiam *Scriuerius*, eius auctoritatem hæc in parte illos anbos sequi suspicor, idē sentiat. Vt curq; autē hoc se habeat, certè illud hinc indubitātē cōprehenditur, quod de beatur fides asseueratissimis assertionibus nouissimi *Carneadis Hornam* & illis relationibus senum & senatorū quæ recēset, cum quæcunque illi de stanneis, plumbeis in *Hollandia* omnium primo repertis typis audacter affirmat hi posteriores è diametro erronea & falsa esse pronunciet, nec dubito ipsum *Iuniū* si viueret, *Stefichoreā* satisfactione, non minus ac reliquos

H. 2. quos

Locus è
Theatro
Boxhornii
Hollandico.
Scriuerius
Scriuerius

quos recensui, cum *Moguntinis* in gratiam reditorum esse. Vide igitur quicumque hæc legis Cadmeam hanc concordiam Hollandicorum istorum Commilitonum: quamque dissonum inter se illorum enunciata concenrum efficiant, ac annon omne illud commentitium plagium inde funditus concidat. Si enim, ut *Berrius* & *Querinus* concedunt, typi stannei aut similes in *Hollandia* priusquã *Moguntia* inuenirentur non fuerunt, impossibile etiam per rei naturam fuit, illos inde vel inuito vel volente Domino asportari, velle autem ad tabulas incisas ligneas plagium illud referre in fultum nimis sit, nec teperi adhuc aliquem qui id diceret. Et non potuisset illis ad aliorum librorum impressionem, vel, præterquam qui in eis efformati fuissent. Ad excudendos autem *Petri Hispani* tractatus, & *Alexãdri Galli* doctrinale (hos libros ut supra dicebam omnium primos *Moguntia* excusos esse *Bataui* perperam affirmant) tantum opinor tabulatum requirebatur, ut non vnus baiuli ad illas asportandas opera necessaria, sed integri ad minimũ plaustrivectura fuisset. Iam quod attinet tentatam illam à *Bertio* & *Boxhornio* conciliationem et si non diffitear *Iunio* ab ipsis complicibus & conlectaneis suis mendacij falsique de typis stanneis & plumbeis conuictum, in cæteris quoque se eiusdem criminis suspectum fecisse, ac fidei aliquid minimè mereri, quia tamen *Colontensem Chronographum* & *Mariangelum* non in fimi nominis Philologum temerè reijcere nolim, videamque ipsum met quoque *Serarium* non diffiteri quin in *Hollandia* etiam circa eadem illa temporale quid, quale *Moguntia* perfectum est, in mentem alicui venire potuerit, non abs te fuerit breuius indagare & eruere, quatenus ista ab *Hollandorum* parte proposita compositio locum habere possit, & an illa *Moguntinis* obster. Ut autem euidenter & distinctè Lectoris iudicio res omnis hæc subiiciatur ad certas quæstiones quæ de illa dicenda sunt, redigam. Harum prima erit quantum prædictis auctoribus de *Donatis Hollandie* credi oporteat. Secunda quousque illi pro *Harlemensibus* faciant. Tertia an quid præterea vel à *Iunio* vel reliquis allatum sit, cui tutò fidi possit. Quarta quid sentiendum sit de *Speculo salutis* tabulis incisis à *Laurentio*, ut volunt impresso. Quinta, dato, non concessio *Hollandos* de *Donatis* suis, & *Salutis speculo* intentionem suam sufficienter probasse, an eo ipso euicerint sibi *Typographicæ* inuentionis laudem deberi. Ad singulas quid mihi videatur breuiter proferam, liberum tamen Lectoris de omnibus relinquens iudicium.

Aliquot
quæstiones
concernen-
tes Harle-
mensium
præsentio-
nem.

Primam quod attinet non constitui vel *Colontensis* *Chronici* vel *Mariangeli* fidem eleuate, quam per me licet ab omnibus plene illis haberi, qua tamen stante & præsupposita non etiam sequitur quod secundo loco quærebam illorum testimonium magnopere pro *Laurentio* illo *Harlemensi* facere. Nam primo neuter illorum *Laurentij* illius *Harlemensis* mentionem

facit, sed generatim de *Hollandicis Donatis* loquuntur. Secundo neuter etiam
 vt iam tetigi in præcedentibus, istas *Hollandicas* tabulas appellatione Typo-
 graphicæ inuentionis dignari voluit, sed *Moguntinis* illam verbis disertis ad-
 iudicat & intactam permittit, quod in omni hac controuersia probè & sin-
 gulariter attendi meretur. Tertio vt maximè vera sint, quæ illi de *Donatis*
 istis narrant, indigni tamen sunt quicunque hæctenus ex Barauis (quos à
 cordatoribus conciuibus suis, quibus regio illa explosa dudum Barauæ
 auris dicitur ad miraculum vsq; abundat rideri & subfannari certus sum)
 hanc fabulam agunt qui illorum testimonia commentis suis admisceant.
 Nihil enim hanc tertiam quæstionem statui si *Accursium* & *Colonensium*
Chronici Auctorem semoucas, ab illis affertur, quod verisimilitudinem a-
 liquam, attento ac probè considerato tot grauium Auctorum quos retu-
 limus in contrarium tendente testimonio, omniumque maiorum suorum
 constanti vnanimi & diuturno silentio, apud Lectores & Iudices affe-
 ctuum vacuos imperrare dignum sit, prout de commentitijs fusilibus typis
 de putidissimis *Harlemensium* senum nugis, de consulari ædituo, de libris
Harlemi fusilibus typis impressis (è quibus hæctenus ne iota quidem,
 cum tamen Iunius copiosam istius generis mercem Lectoribus suis propi-
 net produci & exhiberi potuit) de commisso in illis ipsis typis plagio &
 quæ eius generis plura sunt, in superioribus abundè ostentum esse confi-
 do. Nam speculum illud salutis, de hoc quarto loco quærebam, quod vni-
 cum superesse venditant, quale sit diuinare qui non vidimus nequaquam
 possumus, ideoq; eius rei fidem penes auctores manere patimur. Concesso
 tamen illud apud *Scruiarium* non quale *Iunius* descripsit, qui de hoc pro re-
 liqua sua, id est, mala fide retulit, etiã nunc superesse, vnde tamen scire pos-
 sunt *Laurentij* sui & non alterius illud opus esse? quibus argumentis, in-
 ditijs, coniecturis, quæ aliquid fidei mereantur nobis probabunt & per-
 suadebunt, illud ipsum speculum hodierna typographia prius & anti-
 quius esse? certè quæ hæctenus de illo prodita sunt, tale quid, cui tuto &
 sine deceptionis periculo acquiesci possit, nil cantant. Vt modo de re-
 liquis taceam quæ Iudiciorum assensum de isto speculo meritissimè
 morari posse videantur, utpote intuitum publicum, lucemque hæctenus
 subterfugenti, nec nisi ab hominibus variantibus, vacillantibus, inuicem
 sibi contradicentibus, & modo album, modo nigrum de vna eademque re
 asseuerantissimè nec citra conuicia, scommata & contumelias affirmanti-
 bus memorato & ingesto. Si autem detur ac præsupponatur, citra veri-
 tamen præiudicium omnia quæ de prædictis *Hollandicis Donatis* & sa-
 lutis speculo à prædictis affirmantur vera esse, minimè tamè quod quin to-

loco quætere institueram inde sequeretur, Harlemenses exinde Typo-
 graphicos inuentores audire oportere. Quamuis enim non constituerim
 cum quoquam pernicaciter digladiari. Serarium hac in re, de quo retuli,
 sequutus, an cuius aliquis Harlemensis dum in patio nemore spaciatur
 temporis fallendi causa seu cortices seu ligneos asseres tabulasue in spe-
 ciem literarum deformauit: At tamen dato id factum esse, non inde
 rectè concludi arbitror typographiam illic eo ipso cœpisse & inuentam
 esse, ipsi met enim ex aduerso producti testes hoc negant, quod ite-
 rum iterumque inculcandum reor, ac in super res ipsa contrarium clamat.
 Nemo enim negabit, quando Typographica hæc quæstio ventilatur, nos
 de ea Typographia loqui, quæ etiam nunc vnum, quæque omnem iam
 Europam libris repleuit. In hunc autem censum *Harlemenses* non veniunt,
 nisi postquam à Moguntinis eruditi sunt, qua in re aut contentum illorum
 requirimus, aut impressa ab illis volumina exhiberi postulamus. Illa au-
 tem si ostendi possent, dudum ea in medium deuesissent ac ipsomet
 sine dubio Batauorum tacito assensu pro Moguntinis hac in re pronun-
 ciatum est. Genim per tabularum istarum quas etiam incisionem fidu-
 cia ipsis fuisse inuentionis huius gloriam apud intelligentes & cordatos
 promereri, ecquid opus erat ad singularem Typorum Hollandico-
 rum friuolam confictionem, & plagij in iisdem commissi commentum
 confingere? Ac sane non sine causa, quando liti huic renunciare illis graue
 fuit, ac causâ cadere noluerunt, eo confugisse videntur. In typis enim sin-
 gularijs matricum efformatione, atramenti glutinositate, ac materia typi-
 cæ conuenienti temperatura omne huius artis mysterium consistit, de
 quorum nullo Hollandus aliquis ante Faustum & Scæfferum generum
 eius vel per somnium cogitauit. Hæc igitur veritas est & manebit, Harle-
 menses antiqua apud se impressa vel à Laurentio, vel ab alijs opera ac vo-
 lumina proferre hætenus nequuerunt & deinceps nequeunt, quia nun-
 quam habuerunt; quia nullus ea vnquam siue olim siue recens vidit, quia
 nullus eruditorum seu veterum seu neotericorum illorum vsquam me-
 minit. Parum certe vel nihil potius rem litterariam iuuissent Donatia-
 næ istæ apud Hollandos quas venditant & prætendunt tabulæ, nisi Ger-
 mani homines cœlico aliquo benigniori influxu ac superno prorsus lu-
 mine illustrati diuinum hoc typorum inuentum erussent. Non igitur
 vt voluit Quadus in Geographicis enarrationibus suis eundemque se-
 cutus Boxhornius Harlemum mater typographiæ, Moguntia vutrix
 est, sed potius ars illa (præsupposito vera esse quæ de ligneis tabulis

pre

prænominati scribunt, quod etiam nunc in medio relinquitur & Lectoris iudicio definiendum subijcitur) cum in Hollandiâ abortum infeliciter fecisset ad Rheni demum flumen & sub Germanico cœlo Lucina magis propitia legitimo & vitali partu prodijt. Nullo enim idoneo teste, nulla probabili rei apparentia unquam isti homines docebunt, conatus suos ultra puerorum Donatos & pauculas easque rudes speculi memorati tabulas processisse, seque vel cogitatu solo aliquid maius & sublimius in hoc genere vllō unquam ante Faustum & Gurenbergium tempore meditato esse, cum tamen satis spatij ad illud habuisse istos ne illi quidem negat, qui cum Germanorum criminosa insectatione gloriosis fabulis eosdem extollunt. Et spero equidem Harlemensium ac Hollandorum hac omni de re venditationes de typis nimirum fusilibus, de Oenophoris Laurentianis, de libris Harlemi omnium applausu numerosissimè impressis, de plagio, æ similibus cum aliqua æqui Lectoris satisfactione retulasse. Ex equis certè in Circo currentibus, non illi præmium promerentur, qui primi carceribus profiliunt, sed qui ad metam primi perueniunt, nec qui rate vel tabula primus vectus est, nauis inuentor dici meretur, vti nec domum reperisse credendus est, qui cœli iniurias speluncarum latebris, & arborum tegminibus vitari posse primus monstrauit. Alias enim qui Canarias seu Fortunatas Insulas & Flandricas siue Azores vulgariter dictas prima vice appulerunt, noui orbis repertores dici possent, eo quod quadantenus maris eo ducētis semitas emens essent. Cum igitur hætenus præmemoratis responsum sit, reliquorū pro Harlemensibus testimonia vltioris diluisionis nequaquã indigere arbitror. Illi enim non tantum modestiores sunt, & sine conuictijs agunt, sed etiam vel simpliciter Iunij fidem sequuntur, vti Myraus, Valerius, Andreas Syvertius & auctor additamentorum ad Belgium Guicciardini; vel de famâ & vulgi Harlemensis opinione memoraunt, vti Guicciardini & Quadus; vel diuersas solummodo opiniones sine præiudicij sui interpositione, reseruataque libera Lectoribus arbitratione referunt, vti Lanzius, Middendorpius, Georgius Brunus & Beyerlingius (quamuis hic vltimus potius in Serarij & Moguntinorum sententiã totus pedibus eat) vel de si que nude & ieiunè pro Harlemensibus, sine rationibus, sine autoritatibus pronuntiant, vt faciunt Adrianus Romanus & Petrus Montanus, atque adeo collabentibus Iuniani commentarij vanitate, vltro etiam & suam & sponte reliquorum omnium qui illi crediderunt, qui adhæserunt conatus in irritum concidunt: Fundamento enim sublato, quæ possunt superstructiones consistere? Atq; hinc velim æstimare qui hæc legunt, quid sentire oporteat de Auctoris additamentorum

ad

ad Guicciardinum iactatione, quando ait *validis & prorsus inuictis argumen-*
tis Iunium sua euicisse, Moguntinosque frustra *Laureolam ex hoc mustaceo qua-*
rerere. Ecquis igitur dubitet alteram illam de Moguntia & Germania ten-
 tentiam, utpote & antiquiorem & communioem & probabiliorem verio-
 remque amplecti cum quos hucusque audiimus & examinauimus pro
 Hollandia testes vel dubij & ambigui sint, opinionisq; suæ incerti, vel tam
 acriter ac contumeliosè contra plures eosq; & tempore & experientiâ rei-
 que notitiâ longè superiores contendant & inuehantur, ut ipsimet Lecto-
 ris assensum isto suo agendi impetu euertant & destruant. Est enim
 tralatitium ut Rhetores, quique præceptis eorum utuntur, quoties in
 mala causa bonis rationibus & argumentis fidem verisimiliter facien-
 tibus destituuntur ad scommata ferè dictoria, conuicia, & inuesti-
 gas tanquam ad subsidiariam aliquam in insidijs latentem manum, sa-
 ceramue in decumanis fluctibus anchoram confugiant. Ac cognoscat, ob-
 secro, æquus ac intelligens Iuris Lector annon vel solâ præscriptionis ex-
 ceptione repelli & ab agendo excludi debeant isti Serotini è Batavia liti-
 gatores, qui aliam studiorum Matrem & exultricem Moguntiam pa-
 trimonio dignitatis suæ, quantum quidem in ipsis est, priuare non fue-
 rint veriti, curus iam inde à centum & amplius annis quietam & tran-
 quillam possessionem nullo contradicente obtinuerat, cum tamen post
 integri sæculi lapsum nec Roma nec Imperator audiantur. Et hæc illi
 priuata autoritate agunt, in causa propria cognitionem exercent, fasces
 & tribunal affectant, accusatores, testes & Iudices contra omnem Iudi-
 ciorum ordinem, æquitatem, naturam, rei possibilitatem, seipos simul
 & iunctim constituunt. Sed & illud hic mecum, sodes, considera, quan-
 ta sit instabilitas ac incertitudo rerum humanarum, hominumque proter-
 uiam, ingratitude & iniquitate mecum exectare & condemnare.
 Parum enim est rapacibus istis inuasoribus legitimos æternæ huius glo-
 riæ dominos possessione sua antiquissima & immemorialis, ut Icti lo-
 quuntur, temporis, quantum in ipsis est, deturbare, rerum ad se non perti-
 nentium spolio superbire, alienis se plumis exornare, nisi etiam summâ cõ-
 fidentiâ, exemplo pessimo, furti & plagij infamiâ Moguntino Dædalo in-
 iustissimè inurant, passimque scriptis suis proscindant & criminantur
 huius cœlestis inuerti deprædicatissimum reppererè. Hæcine est remun-
 ratio quâ rependitis illi, cuius beneficio facilior & cõmodior vobis aditus
 dudum est præbitus & patefactus ad doctrinam adytar quo præstante &
 conciliante nomen vestrum ad posteritatem transmittitis & perennatis?
 Indignum sanè facinus & nunquam satis ad æquato dolore deplorandum,
 propriâ

propria arte domestico inuento Faustum nostrum oppugnari & petire suo ipsius gladio iugulari, typis suis potissimū infamari, per vniuersum passim orbem contra omnia alia promeritum excogitatas nēnias impressio- nis ministerio diuulgari, quæque iaudum ipsius præconia vehere & propa- gare debebant officinæ, illarum operâ tanquam furorio, quod vocant, atra- mento, niueam famam, memorabilis huius viri, deq; omni doctrina toto e- ruditorum & studia æstimantium ordine, ac vniuerso deniq; humano genere vnicè meriti fœdissimi criminis cōmentitiâ maculâ turpiter descædari. Ob- iectum olim Miloni fuit & Clodiana cædis inuidiâ immensum auxit, quod Ciuem Romanum in monumentis maiorum eius occidisset. At quanto criminosis delinquent, qui hunc prope alterum Reipub. Literariæ Con- ditorē proprijs monumentis & inuentis plusquam enecant? Nec enim fa- mæ solum eius celebritatē ipsâ vitâ multò pretiosiorē opprimunt, sed eius insuper loco perpetuæ infamiæ stigmata ad sequentium seculorum inces- sibilem memoriam ~~quædam in ipsa~~, æternum inurere satagunt. Sed nihil agitis & omnes hi conatus vestri & machinationes in caput vestrum reci- dent, vos impugnatæ per contumeliosissimam iniuriam innocentia perpetuum arguent, & conuincent; Fausti autem & sociorum eius perpetuas lau- des & gloriam sempiternam omnis Eruditorum ordo & gratæ posterita- tis infinita series ingiter magnificabunt.

*Fini Appia
Commissa*

CAPVT VIII.

Rerum pro Moguntinis Testimonia.

Sed aliquando missos faciamus nouitios istos vitilitigatores superiorum temporum scriptores ipsosque Maiores suos nimis contemptim & con- fidenter prouocantes, firmiterque egregijs illis & fide dignissimis viris, quos prolixâ satis serie supra retuli, adhæreamus, assentiamur, subscriba- mus. Ex illis enim pauci admodum sunt qui Germaniæ generatim memine- rint, plerique de Moguntiâ nominatim asseuerant. Et accedunt ad grauis- simorum illorum Testium authoritates potentissima insuper rerum ipsa- rum testimonia, de quibus iuxta ordinem quem tenere proposui dein- ceps agere oportet. Extant enim Moguntia (certe ante calamitosum qui superioribus annis securus est, eius vrbs statum extiterunt) illi ipsi primor- diales & antiquissimi typi, quibus Inuectores huius artis illic vsi sunt.

*Rerum te-
stimonia.*

Auctor

Auctor eius rei est Ioannes Arnoldus Bergellanus in præfatione Calco-graphici encomij sui, quando ait: *Hodie vetustissima quædam in eum (imprimendi) usus ab Authoribus comparata, qua vidi Instrumenta extant Moguntia, vidit eadem Nicolaus Serar, qui de illis ita scribit, lib. 1. rerum Mogunt. c. 37 Adijciantur primi deniq; artis huius modiolii, quos antiqua hic (Moguntia ille scripsit) domus in Cerasini horti platea custodit, quosq; mihi nuper Albinus Typograph. monstrabat.* His ego typographicis antiquitatib. magis fidē, quam Harlemensium Cantharis ac Iunij Scriuerijq; speculo tribuo. Ac mirū sane habuisse Moguntinos hac in parte abstinentiores quā habuerint isti manus, maximē quod & Oenophora plura in Ciuitate ista cum primis vinaria requirerētur ac frequentioris usus essent quā in illa altera Cereali, tum Harlemensibus etiā in ista Britannia vicinia longē maior cōpetere potuerit stanni copia quā his multo inde remotioribus qui vel volā manus cum Philosopho illo bibissent, quā ut vētris causa sacrum illum diuinæ artis Thesaurum & religiose venerandas primitias sacrilegā conflatione violassent. Sed & præter typos hos superest similiter in eadē Moguntia in Iurisperitorū domo interiori stillicidio subiectus lapis cui doctus Iuris in Moguntina vniuersitate Professor sequentem inscriptionē dudum insculpi fecit: *Ioanni Gutenbergensi Moguntino, qui primus omnium literas arte imprimendas inuenit, hac arte de toto orbe benemerenti Iuo Wittigsis hoc saxum pro monumento posuit an. 1508.* Huic certē inscriptioni plustribui debet quā tribus illis à Theatri Hollandici structore relatis, quarū ultimā ipsemet vel cōposuit, vel certe ab alio recēs cusam hac ipsa editione primitus publicauit. Secundā Ciuis aliquis Harlemēsis ante pauculos annos statua à se recte nouiter inscripsit Reliquam etiā quæ in Harlemensib. Laurentij ædibus frontispicij fastigium exornat nec ipsa antiqua est, sed post editā demum à Iunio Batauiam erecta fuit, adeoq; ex nullā de omnib. argumentum desumere possunt Moguntinorū oppugnatores. Tertio demum loco per ipsius rei euidentiā Moguntinis Typographicis inuenti prærogatiua astruitur, per cōplures sc. quæ etiamnum superant, antiquissimas diuersorum Operum & Authorū editiones, quæ non tantū in vrbe illa primitus in publicum data sunt, sed etiam Elogium hoc in fine adscriptum habent, Moguntiam huius artis Inuentricē & primam Cooperatricē existisse. Huic verissimæ assertioni quamq; Posteris in tam excellentis artis honorem notam esse publicæ interest, ante Iunium, imo Boxhornium nemo, quod cōpererim contradixerat, cum tamen minime veri sit simile, ex tam multis & diuersis diuersarum Editionū istarum Exemplaribus, nullum vnquā in Batauiam ad Harlemensium manus delatum fuisse, multoq; adhuc minus credibile videatur Harlemenses cæterosq; Hollandos ad tam insignitæ laudis intrusionem, si sibi illam putassent deberi tacere voluisse. Sed videamus iā

ipsas quas dixi, Inscriptioes: Initium fiet ab omnium antiquissima, quam huc vsque viderim annum habentem adscriptum editione, cuius in præcedentibus obiter iam facta mentio est, quæ Moguntia an. 1459. lucem vidit, eo nimirum tempore quo Faustus & Schœfferus artis huius arcana necdum in propatulum producta alijs communicauerant, sed etiam tunc in penetralibus & secreto remotis arbitris exercebant. Illius autem inscriptio seu Colophon ita habet: *Præsens rationalis diuinorum codex officiorum venustate capitalium decoratus, rubricationibusq; distinctus artificiosa adinventione imprimendi & characterizandi. Quæ absq; calami exaratione sic effigatus & ad subsibiam Dei industria est consummatus per Ioannem Fust ciuem Mogunt. & Pet. Gernsheim Clericum Diœcesis eiusdem an. 1459. 6. die Octob.* Hanc inscriptionem habet Salmuthus in appendice Comment. suorum super tit. 12. de Typographia ad Panciroli memorabilia, sed in illo fallitur auctor iste, quod putat sacra Biblia fuisse codicem illum cui ista in fine apposita fuerunt, quæ etiam dicit in Bibliotheca Palatina Heidelbergensi extitisse. Nec enim Sacræ script. textus isto opere continetur, sed Rationale est Diuinorum Guilielmi Duranti Mimataensis Episcopi, quem Icti Speculatorem vocant: Estque penes me eiusdem editionis elegans & immutilatum exemplar in pergamento regalis ferè folij magnitudine 20. quaternionibus, vt vocant (nec tamen vel sic vel aliter numerorū literarumue indicio quod tunc moris necdum fuit distinctum) ab illis ipsis typographici artificij repertoribus excusum, idque quondam fuit Monasterij Ord. Franciscanorum ad Berckelā flumen haud procul à Zutphanienſi oppido bellorum iniquitate pridem diruti, quod Galdæ dum fata Deusq; linebant nomen habuit, vt cōstat ex sequenti scriptura, quæ in principio illius codicis cōspicitur: *liber enim maioris fidei & liquidioris euidentiæ ergo ipsamet verba huc adponere: Istum librum dederunt ad librariam Conuentus Frat. Minor. in Galilea prope Zutphaniam Venerabiles Germani fratres, Mag. Hermann. & M. Ioannes Heruyin de Zutphania vt pro ipsis & eorum parentibus oretur: Qui in testamēti sui pagina desiderauerunt, quod in prædicta libraria catenatus permaneat. Et permansit illic vt apparet, ad ciuile vsq; in Belgio dissensionē, quā non tantū literaria eius loci gaza prædæ & rapinæ militari, vt suspicari possumus, cessit, sed ipsum etiā cœnobii funditus tandem euersum est. Sed iā ad reliqua pergamus. Sequitur secunda Inscriptio, quæ est lib. Cicero. de Offic. *Præsens Marci Tullij clariss. opus Ioan. Fust Moguntinus cuius nō atramento plumali, neq; erea, sed arte quadā pulchra Petri manu pueri mei feliciter efficit. Finitū a. 1465.* Hic officiorū codex exiit in bibliotheca Pet. Rami qui inscriptionem hanc in scholar. Mathematicarū suarū 2. lib. proœmio refert, eandemq; habet in Germanica Exegeſi suā Franciscus Irenicus. Tertia*

1. Inscriptio.

2. Inscriptio.

3. Inscriptio.

inscriptio est Decisionum Rotæ Romanæ, quæ extare dicuntur in bibliothecâ Reipub. Francofortensis: Anno M. CCCC. LXXVII. Pridie Non. Ianuarij graui labore maximisq; impensis Romanâ post impressionem opus iterum emendatum antiquarum nouarumq; decisionum suis cum additionib; Dominorû de Rotæ in ciuitate Moguntia, artis impressoria inuentrice & elimatrice primâ Petrus Schæffer de Gernsheim suis consignando scutis, arte magistrâ feliciter finiuit: Quarta inscriptio in eadē Francofortanâ bibliothecâ superest, estq; Institutionib; Iustinianis cû Accursij notis adscripta, ita sonans: an. D. M. cccc. LXXVI. 10. Ka. Jun. Sâctis. in Christo P. ac Dom. D. Sixto Pap. IV. inuictissimo Dom. D. Friderico Roman. Imperat. semper August. generoso Dom. Diethero de Isenburg electo & confirmato Moguntino in nobili vrbe Moguntia Rheni impressoria artis inuentrice elimatriceq; primâ, presens institutionû opus praeclarû, Per. Schæffer de Gernsheim suis cõsignando scutis omnipotente fauente Deo, feliciter consummauit. Idem autē Institutionum opus, iâ antea ibidem eodē authore prodierat, sub sequenti finitione: Presens Institutionum praeclarû opus in almâ vrbe Moguntinâ inclytæ nationis Germaniæ, quâ Dei clementia tã alto ingenij lumine donoq; ceteris terrarû nationib; preferre illustrareq; dignatus est, nō atramento cõmuni, non plumali canna neq; area, sed artificiosa quadâ adinuetione imprimendi seu characterizandi sic effigiatû, & ad Eusebiâ Dei industriâ consummatum per Petrum Schæffer de Gernsheim An. Dom. incarnationis millesimo cccc. LXVII. Sexta Inscripção est Speculi Harphiani sequenti tenore: Fr. Henrici Harp. speculum aureum decem preceptorum Dei, opus praeclarû in nobili vrbe Moguntia, quâ imprimendi arte ingeniosâ gratuitog; dono gloriosus Deus plus ceteris terrarû nationibus preferens illustrare dignatus est, non atramento plumali aroave pennâ cannâ ve, sed adinuetione quadâ per pulchrâ per honorabilem virum Petrum Schæffer de Gernsheim feliciter est consummatum, anno Dominica incarnat. M. cccc. LXXIV. mensis Sept. Id. quarto. Has posteriores duas Boxhorij theatrum impedita uit. Septimam autē & vltimâ è Serarij Moguntinâ historiâ depromo, vnde dictus mihi Barauus eandē mutuatus videtur, nam & ipse eandem recenset reliquas è Salmurho huc transcripsimus. Hæc autem postrema quamuis annis præ illis quæ præmissa sunt, longè iunior sit, fustius tamen & luculentius inuetionis historiâ pandit. Repertur autē in fine breuiarij Trithemianarum historiârû his verbis: impressum & cõpletum est presens chronicarum opus an. Do. M. D. xv. in Vigiliâ Margarethe Virginis, in nobili famosaq; vrbe Moguntinâ huius artis impressoria inuentrice primâ, per Ioannem Schæffer nepotem quondam honesti viri Ioan. Fust, cuius Moguntini memorata artis primarij auctoris. Qui tandē imprimendi artē proprio ingenio excogitare speculariq; cœpit, an. Do. incarnat. M. cccc. L. indictione decima tertia, regnante illustrissimo Romano Imperatore Friderico III. presidente Sanctæ Moguntinæ sedis Reuerendissimo in Christo Patre Domino Theodorico Pincerna de Erbach principe Electore. Anno autem M. cccc. LII. perfecit.

4. Inscriptio.

5. Inscriptio.

6. Inscriptio.

7. Inscriptio.

deduxitque eam (diuina fauente gratia) in opus imprimendi (opera tamen ac multis necessarijs adiuuentionibus Petri Schæffer de Gernsheim ministri sui que filij adoptiui) cui etiam filiam suam Christinam Fustin pro digna laborum multarumque adiuuentionum remuneratione nuptui dedit. Retinuerunt autem hi duo iam prænominati, Iohannes Fust & Petrus Schæffer hanc artem in secreto (omnibus ministris ac familiaribus eorum, ne illam quoquomodo manifestarent, iureiurando adstrictis) qua tandem anno Domini M. CCCC. LXII. per eosdem familiares in diuersas terrarum prouincias diuulgata haud paruum sumpsit incrementum. Eadem hæc inscriptio extat ad finem Breuiarij, vt vocamus, Mindensis Ecclesiæ, anno 1516. Moguntia ab hoc eodem Schæffero excusa. Ex his facile animaduertent iudiciosi lectores quid hac de re sentire, & statuere oporteat, ipsimet etiam aduersarij, qua sunt verecundia & candore argumentorum, & testimoniorum vi compulsi victas tandem veritati manus dabunt. Nec enim est quod sibi blandiantur si forte suorum aliquis de hac inuenienda arte cogitauit, nisi etiam extra ieiunos terminos speculationis eundem progressum esse, & impressos libros orbi communicasse simul doceant. Stantibus certe documentis prædictis, testimonijsque supra relatis vel vnum hoc Batauorum tradita destruit & euertit, quod plus quam absurdum sit quod non tantum totis viginti secundum lunij computationem (tot enim sunt à commentitia Fausti fuga & plagio vsque ad Typographia vulgarionem) sed etiam iuxta Scriuerium & Boxhornium triginta aut etiam quadraginta annis (hoc enim illi spatium definiunt à prima inuentione vsque ad Moguntinam illam artis dilationem, vt mox videbitur) nullum ediderint illi venditari artificij sui specimen, quod lucem ferre possit, & à suspitione imposturæ liberum sit. Atque hæc de inscriptionibus sufficere arbitror, quantum pondus etsi Theatri auctor eludere satagat, extricare se tamen & expedire nequit. Non herclè Harlemicæ syluæ spatijs, non Bataunicis deambulationibus, non Hollandico otio tam laboriosæ artis animum & difficilem partem debemus, sed Moguntinis potius sudoribus Rhenanæ industriæ, & difficilibus nixibus Germanicæ assiduitati, indefessa operationi, continuæ multorum annorum instantia illam acceptam ferre tenemur.

CAPVT IX.

*De loco Inventionis.**De loco Inventionis.*

Superest vt ad reliqua pergamus. Euicto enim quod non in palustribus, & stagnosis Hollandiæ, sed Germaniæ campestribus hæc nouæ artis soboles enata sit, nunc breuiter superioris Alemanniæ loca videamus, quæ Moguntia status quæstionem mouere aliquando ausa sunt; Hæc autem longè minoris sollicitudinis res est; Tres enim omnino vrbes reperi præter Moguntiam de quibus tale quid affirmetur. Illarum Argentina prima est, vbi Wimpelingius scribit impressoriam à Gutenbergio tenratam esse, quam postea Moguntia, perfecit. Quid autem de ista opinione mentis habeam, infra tractaturus sum, vbi de ipsis inuentoribus penitus indagabitur. Si enim potior sententia sit, ad quam animus meus inclinat, non Gutenbergium, sed Faustum primitus typographiæ inueniendæ intendisse, Wimpelingiana ista de Argentorato suo tradita stare nequeunt, ac posito interim V Wimpelingio de ciue suo potius assentiendum esse, manet nihilominus inconuulsa de Moguntia opinio, illic enim artem hanc perfectam, & primitus exercitam esse tam V Wimpelingius, quam qui ipsi ad stipulantur reliquis consentiunt. Alter locus est Rulsenburgh Allatiæ oppidum, vbi non tantum ex quorundam opinione omnium primo impressoriam exercitam fuisse, sed etiam illud oppidum ex officinarum strepitu id nominis traxisse Irenicus tradit.

Ego autem quod de nomine is refert frigidiusculum censeo, nec in reliquo etiam ad assentiendum persuadeo, cum ipsemet ex aliorum potius sententia, quam vt isti rei tanquam obscuriori fidem haberet, talia prodiderit, ac præterea solitarium & singulare sit testimonium eius, vnde longius ei non immorabor. Vt interim taceam nomen istius loci, longe antiquius videri, quam vt hæc Irenici Etymologia consistere possit. Idem etiam de tertio, quem Gilberto Cognato tribuit, collector *accessoriorum ad editionem Polydori Virgilij, de rerum Inuentoribus*, quæ Stærganis typis anno 1604. in decimosexto, vt vocant prodijt mihi videtur; Auctor enim hic est, Cognatum lib. 3. Narrat. Sylu. Augustæ Vindelicorum hanc inuentionis Typographicæ laudem tribuere. Sed Gilbertus id non dicit quod ex ipsius.

ipsummet verbis, quæ istum in finem adscribo, lectori constare volo: Typographia, inquit is, siue ars excusoria, id est, libros excudendi, quæ libraria quoque dicitur à Christo (nato) in Germania comperta fuit. Nam ante Christum Saturnus, vt ante diximus, literas Italos imprimere docuit, vt refert Cyprianus in libro de idolis. Calcographicam quidem artem, fertur Petrus Schæffer Augustanus sua industria reperisse, aut à suis repertam cognatis saltem excoluisse. Ecce dicit is repertorem Augustanum fuisse, non Augustæ reperisse: an autem in illo ipso quod dicit fallatur, statim videbitur. Verum omnia hæc de Argentina Russenburgo, Augusta leuiora sunt, quam vt opinatissimam illam de Moguntia sententiam labefactent, mentibusque antiquitatis curiosorum eximant: utpote quæ tum vnanimi grauissimorum authorum calculo firmiter fulciatur, tum etiã tot inscriptionibus ipsique impressorum operum exemplaribus, viuis scilicet & realibus testimonijs vt in præcedentibus ostensum est, ita stabilietur, vt nec dubitandi locus reliquus sit.

CAPUT X.

De tempore factæ Inventionis.

PROgrediamur igitur ad temporis indagacionem, de quo decumanos ferè video contradictionum densionumque fluctus, quæ tamen ad vltimum bonam partem conciliatione commoda, iam pridem à Serario alijsque adhibita, videntur in qualemcunque consonantiam & concordiam coire posse. Primò igitur crebrior & vulgatior illorum opinio est, qui anno 1440. inuentam hanc artem volunt, hanc enim à V Vimpbelingio omnium primo traditam, reliqui communiter amplectuntur, Palmerius, Nauclerus, Alchamerus, Bucholcerus, Kleinsorgius in Chron. Eccles. V Vestphaliæ m. s. Caluisius, Petauius, Isacius, Pontanus, Haræus, Heluicus, alijque plures. Ab horum sententia decennio absunt Trithemius, Auentinus & Ioannes Cluuerus, qui annù 1450. typographicis incunabulis asserunt insignem fuisse. Hanc diuersitatem Chronicon Colonie & Nicolaus Serarius ita conciliat vt anno 1440. cœptum sit laborari, anno vero 1450. inceperint libri excudi, quibus Sebastianus etiam Munsterus accedit, qui ab anno 1440. vlque ad annum 1450. artem hanc inuentam esse ait. Eadem

senten-

sententia ex Mariangelo Accursio confirmari videtur, qui confessionalia S. Augustini & Donati Grammaticam, tanquam primogenitum huius artis factum anno 1450. impressa scribit. Aliquot annis ab utrisque discrepant Theuetus, qui anno 1442. quem annum etiam Angelus Roccha designat, & Ioannes de Colle Hedio in Paralipomenis ad Vrspergensem & Stumpfius qui ann. 1446. Apianus qui anno 1453. Paulus Langius qui ann. 1454. præferunt & designant, cū quorum ultimo Cornelius Callidius in Catalogi scriptorū sine consentit. Iacobus Philippus Bergomensis ann. 1458. repetam hanc esse artem scribit: Ramus, eiusque secutus auctoritatem Zwingerus, anno 1466. primum librum impressum esse volunt, qui fuerit Cicero de Officijs, in quo tamen illi, ut partim supra doctum est, partim aliunde claret, nimium hallucinantur. Apud Boxhornium cuius aliquis Hatlemensis in inscriptione Laurentianæ à se honoris ergo erectæ statuar inscriptione ann. 1430. ponit. Scriuerius, autem in supra citata Elegia, quam contra Naudæum pro patria scripsit ad annum 1428. hoc Chronographico refert:

HIC fago exCVLptas Lavrenti CVSPIDE formas,
 sed ab utroque id sine auctore factum, sine veritatis fundamento, à quibus omnibus longissime omnium ipsemet Boxhornius recedit, qui ad annum 1420. refert, sed nec testibus ad eius rei probationem, nec testimonijs utitur alijs quam Rabinicis, quæ adscribo. Circa annum 1420. prima nobilissima artis typographice fundamenta à Laurentio Costero Harlemi poni cæpta sunt. Quod in annum huius seculi vigesimum non tricesimum, aut quadragesimum ut fit vulgò artem hanc periclitatam velim, suadet Rabbi Iosephus qui in Chronico suo exemplar omnium vetustissimum Venetis excusum refert anno Iudæico 5188. Christi anno M. CCCC. XXVIII. Iosephum ipsum quæsitum diu videre non licuit, Chronicon haud dubie illud est quod MENSE INSTRVCTA inscribitur, liber est ex ARBA TVRIM excerptus, per Rabbi Ioseph Carro & in formam thesauri, & conclusionum redactus, adiecta sunt nouella glossæ, & obseruationes de iure, ritibus, & consuetudine horum temporum per Mosè Iserles. Tertium impressus Cracouie Anno Christi 1594. indicante in Bibliotheca Rabbinita rerum & scriptorum orientalium peritissimo Iohanne Buxtorffio. Locum hunc certe velim accuratius dispiciant, qui habent. Hæc ex, nescio quo, Iosepho narrata non nisi mera mapalia, & plus quam affanas Apinas esse, ex illis quæ in præcedentibus contra Iunium disputauimus, alijsque constare potest, nec dubito me omnibusque tacentibus id cuiuslibet emunctæ naris, etiam aliàs per se parere. Quo enim colore inuitabimur vni Rabbino de re typographica, id est, sibi alieniori minusque cognita magis credere, quam cæteris auctoribus, & scriptoribus omnibus, doctis,
 graui-

graibus, fide dignis, de re cognitissima affirmantibus, testibus oculatis. Si quid enim tale Iosephus iste scribit, certè falsissimè (vt solet plerique deploratum illud hominum genus) & reclamante veritate id scripsit. Ego autem si nec scripsisse illum ista, quæ retuli dixero, quid respondebit qui nec vidisse se Chronicon istud, tantum abest vt legerit, aperte fateatur? Certe nominare tali casu auctorem suum debebat, cuius fidem incitando isto Iosepho suo sequutus esset, quem si nullum habet, cur quæ nescit affirmat? si habet cur dissimulat? Quid alij iudicare velint, quisque viderit; Mihi non diffiteor ita videri, voluisse illos qui hanc temporis anticipacionem amplectuntur Batauicæ causæ colorem aliquem, sine quo omne Rhetoræ artificium friget, hoc circumstantiarum penicillo illinire.

CAPVT XI.

De Inuentoribus huius artis.

Sed mittamus hæc, & ad veros diuinæ huius artis auctores, & inuentores indagandos progrediamur. Non minor autem de his quam de tempore inter scriptores discrepantia existit, licet plerique in Ioannem Gutenbergium consentiant, quorum antesignanus, & ductor VVimpfelingius est, qui reliquos auctoritate suæ traxit. Habet enim is astipulantes sibi Trithemium, Fulgofium, Palmerium, Biblandum, Munsteram, Chassanæam, Theuerum, Ioannem Arnoldum, Bergellanum, Bulingerum, Bucholtzerum, Heluicum, Bibliandrum, Sethum Caluisium, Dionysium Petauium Ioannem, Colle, & Paulum Langium, nisi quod vltimus hic Petrum Gutenbergium vocat, quem alij omnes Ioannem Opsilionem, vt puto Faustum generum cum illo confundens. Alij contra non Gutenbergium, sed Ioannem Faustum calcographices repertorem constituunt, e quorum numero sunt, Apianus, Auenrinus, Stumpfius, Opmeerus, Salmuthus, Frischlinus, Pantaldon. Alij vtrouque coniungunt, quod faciunt Simon Maiolus & Laurentius Beierlingius, quorum tamen prior Gutenbergium corruptè pro Iohanne Iacobum vocat. Alij diuersas illas de vtroque opiniones referunt, pro vt sit à Spondano, Funcio, Melchiore Adamo & Paralipomenis ad Vespergenem.

genem. Præterea Fausti ministrum facit Gutenbergium Auentinus, contra Gutenbergij adiutorem, constituit Faustum Trithemius, idemque fit à Munstero, & Hedione in Chronico, nisi quod alterum ei addat prior cooperatorem Medinbachium: posterior vero Medinbachij loco Ioannem Gensfleisch. (nisi forte vnus idemque homo ille sit, & alter familia, alter patriæ illi cognomen dederit) fieri vidimus. De Petro etiam Schœffero Gersheimenii, quem Ramus corruptè Gerneum, Ioannes Collius Gelnerrum vocant, diuersa apud diuersos reperio. Hunc enim inuentorem faciunt Gilbertus Cognatus, Polydorus Virgilius & Franciscus Irenicus, nisi quod hi duo postremi sine cognominis appositione, Petrum simpliciter vocent, primus autem pro Gersheimio, quod infra VVormatiam ad Rhenum Hassiacæ ditionis oppidum est, Augustam ei patriam tribuit manifesto sine dubio errore, nec enim hac in parte plus extraneo testi eique singulati credi potest, quam ipsimet Schœffero. Auentinus illum Fausto adiungit inuentionis consortem & socium, quod etiam Mariangelus Accursius, & Salmuthus faciunt, fitque idem à Iohanne Arnoldo Bergellano, nisi quod is vtrique Gutenbergium tertium sociat. Typos fusiles inuenta matricum confectione huic Petro tribuit Salmuthus, quod ad typos stanneos à Fausto æreis iam repertis restringit Mariangelus Accursius, quamuis non putem hunc postremum inter fusiles aliosque fabrefactos typos (posteriotes enim hos à Fausto tantum repertos, verisimile est) satis accuratè distinctionem instituisse. Trithemius eundem Petrum huius artis dilatatorem vocat. Horum omnium placita meo quidem iudicio, facili negotio ad aliqualem concordiam, & consonantiam reduci possunt, quod facere conabor, vbi prius reliquorum opinionones, quæ in alia omnia eunt reuolero. Tres autem illarum præteriam recensitas hæcenus se mihi diligenter inquirenti obtulerunt. Ac primo loco refert author Chronici Vernaculi Colonienfis anno 1479. impressi quendam Omnibonum dictum (intelligit Omnibonum Leoniceum Virentium Criticum & Philologum non incelebrem) in præfatione Quintiliano præfixa Nicolaum Genson natione Galium (quem tamen Sabellicus licet erronee hominem Teutonicum credit, vereorq; ne Ioan. Isacius Pontanus, de quo infra circa patriam huius hominis similem errorem erret) impressoria artis inuentorem facere, qui ibidem merito refellitur. Philippus etiam Bergomensis triplicem refert de inuenta impressoria opinionem, vtpote quæ ab alijs ad Gutenbergium, ab alijs ad Faustum, denique à quibusdam ad hunc Nicolaum deferatur. Illud tamen negari non debet, Nicolaum istum hanc inuentam ab alijs arte

*ps. sonior.
nada es à Wm
Helwig in
Argent. nup.
in Episcopo
Catalogo (in
pra pag. 9)*

*Tres erro-
nea opinio-
nes de pri-
mo inuen-
tore.*

præ-

preclare excoluisse, ac vel Venetias vt Chronicon Colonienſe, vel in Gallias vt Angelus Roccha, & Melchior Adamus, vel etiam vtrumq; in locum quæ mea iſtas opiniones diſſidentes conciliantis ſuſpicio eſt primum intuliſſe, de quo pluribus infra deſtinato loco. Secundo Petrus Ramus lib. 2. ſchol. Mathem. & ex illo Theodorus Zyvingerus in theatro Iohannem Regiomontanum celeberrimum illum Mathematicum, & Aſtronomum hæc laude maſtant, cupientes forte inuento per ſe nobiliſſimo illuſtiorẽm gloriam conciliare ex tanti nominis maiestate. Sed decepit illos locus male intellectus eſt tabulis Purbacchij, quæ non dicunt ab ipſo Regiomontano, ſed tempore eius nouam hanc imprimendi artem fuiſſe tentatam. Terrius circa Typographicas inuentorem error eſt Mariani Victorij Reatini Epiſcopi Amerini, faſoſ illius Hieronymianorum operum commentatoris, qui ad Epiſtolam S. Hieronymi ad Ageruchiam ſeu (vt apud Eraſmum legitur) Gerontiam ſcribit, Theodoricum Greſemundum Calcographiam reperiſſe, eius verba ſunt, quæ ſequuntur ad vocem, MOGUNTIA-CVM in iſta epiſtola Sancto iſti viro poſitam: *Vrbs nunc Germania inſignis, & Imperialis ad Rheni ripam poſita, ex qua ingenio Theodorici Greſmundi ars imprimendi libros primum prodijt.* Quid huic homini in mentem venerit, vix diuinare poſſum, nec enim apud quempiam alium eius rei vel veſtigium reperiſſas. & certe tempora minime congruunt. Greſemundus enim ille, de quo illic agitur, Eraſmi æuo vixit, cui & familiaris fuit, & multis annis poſt natam Typographiam in lucem editus, cuius nec parens opinor qui eſt noſtratis fuit vir doctus duplicique Themidos, & Apollinis laurea redimitus, quo tempore illa lucem primum vidit, vitali aura fui coeperat. Tandem tamen ſub odoratus mihi videor, quid homini iſti Italo licet ſagaciſſima alias paris impoſuerit: locus nempe Eraſmi ad eandem S. Hieronymi epiſtolam perperam lectus ac male intellectus, vel ſaltem à memoria non ſatis bona fide ſcribenti reſentatus: Verba Eraſmi hæc ſunt de Moguntina vrbe verba facientis: *Quippe quæ cum alios per multos omni doctrine genere præſtantes viros edidit, tum vero præcipue Theodoricum Greſmundum hominem ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam vere Atticam ſculptum & factum.* Huic vrbi boni omnes bonarum literarum ſtudioſi non parum debent ob egregium illud ac pene diuinum inuentum ſtanneis Typo excudendi libros, &c. Videtur enim mihi Victorius vel voculam vrbi naniſſimam tranſvidiſſe, vel certe pro vrbi viro legiſſe: quem tamen nolim alibi eadem attentione Eraſmi, in cuius reprehensione multus ſane eſt, ſcripta euoluſſe. Horum igitur trium diuerſa ſententium

tium hallucinationibus explosis (Harlemenes quadrigam hanc integrantes in præcedentibus absolutos hic iteratò non vellicamus) inter superiores concordia tentanda est. Licet igitur Gutenbergius, cui suffragiorum prærogatiua palmam tribuit, à consortio tam præclaræ adoræ meo quidem iudicio excludi non debebat, VVimphelingio tamen, qui que cum se ctantur, in eo consentite vix possum, laudis huius principatùm, & quidem cum aliorum exclusione illi deferri oportere. Mouet me ad ita sentiendum, quod alias temere facturus non eram, auctoritas publicorum actorum, quæ ab Henrico Salmuth in appendice commentariorum in Pancirolam ad tit. 12. qui est de Typographia, referuntur, vbi ita scribit: Eodem tempore Moguntia commorabatur Iohannes Gutenbergius honestis parentibus natus, qui proxime Fausti ades habitabat. Hic cum animaduertisset insignem hanc artem Typographicam, non solum omnium ore passim celebrari, sed etiam admodum lucrosam esse, familiaritatem cum Fausto contraxit, & quia opulentus erat, pecuniam ei ad sumptus necessarios obtulit. Quod Fausto minime ingratum fuit, quandoquidem comperiebat, sumptus quos in eam artem faciebat, quotidie crescere, & tunc opus chartæ pergamentæ imprimendum sub manibus habebat. Quapropter cum Gutenbergio conuenit & pactus est, ut quicquid in illud opus impenderetur, communi vtriusque lucro vel damno cederet. Quoniam vero Faustus plus insumserat quam Gutenbergius, necessitatem postulasse arbitratur, hic dimidiam suam partem exsoluere directauit; quæ ex re cum lis orta esset, alter alterum Moguntia in ius vocauit, vbi partibus auditis pronunciatum fuit: Si Iohannes Faustus interposito iuramento affirmare posset, omnem pecuniam, quam mutua sumpsisset in commune opus erogatam, non autem in proprios ipsius vsus conuersam fuisse, Gutenbergium ad soluendum obligatum esse. Cui sententia Faustus paruic sicut ex archetypo instrumenti quod etiannum superest anno 1455. sexto Nouembris à Iohanne Vliico Helmospergero notario ea de re confectum fuit, liquido demonstrari potest. Vnde euidenter apparet Gutenbergium nequaquam artis Typographicæ inuentorem & primum auctorem esse, sed aliquot annis postquam ea inuenta fuisset, à Iohanne Fausto in consortium adscriptum, pecuniam et suppeditasse. Hæc Salmuthus. Porro huius inter Faustum & Gutenbergium oborta litis Ioannes etiam Arnoldus Bergellanus in suis de Calcographia encomio conscriptis Elegis meminit, licet in eo à Salmuthi narratione, cui tamen instrumenti publici robur potiotem fidem adstruit, dissentiens recedat, quod istam controuersiam etiam tunc suo tempore adhuc indecisam pependisse refert, nisi forte quod fieri potuit, Gutenbergius à Sententia contra se.

contra se lara prouocauit, ac in sequenti, quam vocant, instantia: ob defertionem aut simile quid causa finem non inuenit. Memorati de hoc dissidio Arnoldi Bergellani versus postquam de Fausti & Gutenbergij societate retulisset, hi sequentes sunt:

Fœdera sed lucri rarò concordia nutrit

Indiga sunt pacis, dissidioque patent.

Sic postquam auctores questus spes capit habendi

Ad lites vertunt pectora capta leues.

In partes abeunt synceraque pacta resoluunt

Et promissa cadunt, irrita fitque fides.

Cui libet ut proprijs seruiret pergula praelis,

Et sibi multiugas quisque pararet opes.

Non tulit iniustas mens Gutenbergica rixas,

Testatur superos fœdera rupta Deos.

Causa fori tandem pauidi defertur ad ora,

Scribitur ac illis dicta nefanda fori.

Tempore sed longo res est tractata dicaci

Lite, hodie pendet iudicis inque sinu.

Ita ille aliquantò, ut videtur, Gutenbergicæ parti additior. Wimpelingio igitur, ut sæpe contigit, blande illudens & officiens veritatis penitiori inquisitioni patriæ amor imposuisse videtur, qui Gutenbergium quod typographiam Argentinam primitus detulisset, primum eius inuentorem credidit eique cæteri eadem facilitate subscripserunt. De huius Moguntia Argentinam versus abitu ita Salmuthus dicto loco pergit: Cum igitur Gutenbergius ad sumptus refundendos damnatus fuisset, & ex eo simultates inter illum & Faustum magis exarsissent, ille autem interea artem vidisset & didicisset, si quidem inter tot operas, quæ ad illam excudendam requiruntur, fieri non potuit ut ea diutius occultaretur, quod etiam Deus procul dubio noluit, Moguntia Argentinam se contulit, quo aliquot

ex operis secum attraxit. Post illud disidium alij quoque, qui apud Faustum artem illam didicerant eum deseruerunt, & Francofurtum atque in alia loca se receperunt, cum praesertim anno 1462. Moguntia capta & pristina sua libertate priuata fuisset: quo factum est, vt haec praecleara ars omnibus innatesceret, & publici vsus fieret. De Petro Gernshemensi idem Salmuthus ibidem haec refert: Caterum in exercenda hac noua arte operis quibusdam vsus est Faustus, in quibus fuit Petrus Schaeffer Gernshemensis, qui cum heri sui institutum percepisset, magno illius artis studio incensus est, & quia ingenio valebat, animam ad illam amplificandam adiecit, ac singulari Dei instinctu rationem inuixit, qua characteres matrici, vt vocant, inciderentur, & ex ea funderentur Alphabeta hoc modo inciso, characteres inde fusos vero suo ostendit, quibus ille vsque adeo exhilaratus est, vt et protinus filiam vnica[m] desponderet, ac paulo post in uxorem daret. Quamuis autem etiam in hoc genere characterum aliqua difficultas oborta esset, propterea quod materia mollior esset, quam vt pressura resistere posset, tamen mox eiusmodi mixtura inuenta fuit, qua vim preli aliquamdiu sustinere potuit. Haec insigniter & singulariter praeclearus ille auctor, qui inter Germanos, quantum quidem haecenus comperi nouissimus, nec sine accuracione de hac materia scripsit, cui quod potius quam alijs accedo, non tantum acta illa quae dixi publica, sed & alia me mouent. 1. Complures illae superius relatae diuersarum primogeniarum editionum inscriptiones, in quibus crebra Faustii & Schaefferi, nulla autem huius Gutenbergij mentio. Ac socer & genex praedicti non solum ipsimet viuente & praesente Gutenbergio id publice professi sunt, sed etiam vtroque iam mortuo, illorum respectiue nepos filiusque Ioannes Schaeffer anno 1515. ad calcem chronici Thirtemiani a se editi vt supra vidimus clarissime id repetit, ne quis forte putet ipsum tempus quod mater veritatis audire consuevit, Faustii eiusque generi vel errorem vel fallaciam postmodum de rexisse. 2. Quod nec viderim, nec ab aliquo probato citari & memorari reperim librum aliquem a Gutenbergio ante Faustum cuius complures libri supersunt impressum: In tanta enim Doctorum diuersitate & narrationum discrepantia tutissimum, me iudice fuerit ipsis rerum testimonijs fidere, praesertim si grauium & magni nominis auctorum ipsis adminiculentur suffragia, quales esse relatos superius, Apianum, Auentinum, Opmeerum, Salmuthum, alios nemo negauerit. Nec obstare puto, si quis regerere volet, ideo Gutenbergium sub nomine suo nec libros edidisse, nec artem excusoriam exercuisse, quod esset genere nobilis & equestri vir dignitate (talis enim a diuersis praedicatur) ac propterea id vitae genus contra status sui dignitatem arbitraretur, cum satis constet ex praecitato Wimphelingio alijsque quod artem hanc Argentinae exerceuerit. Praeterea quod

de equeſtri eius gradu aliqui tradunt, è quorum numero ſunt Sabellius, Palmerius, Paulus Langius, Polydorus Virgilius, Andreas Theuerus, Melchior Adamus, Ferreolus Locius, Dionyſius Petanus & auctor chronici Coloniensis, ab alijs negant, vel oblique ſaltem in dubium vocari video. Salmutius enim in Commentarijs ſuis ad Parthenolam honeſtis tantum parentibus natum ait, Tritheimius & Arnoldus Bergellanus eiecit Moguntinam dicunt, Spondanus & Sethus Caluiſtus auerſarium fuiſſe referunt, cuius artificij Theatrum Beierlinganum fuiſſe etiam Ioannem Fauſtam aſſerit, qua in re ſi non Gutenbergij & Fauſti (vt in omni hac typographica Hiſtoria ſape contigit) conſilio committitur, minime mirum eſt inter conſortes eiufdem artis ſocietatem Typographicam, cuius Salmutius & Bergellanus meminerunt, poſſimum inſitam eſſe. Ego hanc diuerſitatem, ſi in re tantilla contigit, permittor, ita componi poſſe reor, vt ciuicæ proſapia ortum, poſtmodum virtutis & meritorum ergo in ordinem nobilium, vel Cæſareæ gratia, vel ſaltem alterius, cui illa facultas eſſet, beneficentia lectum fuiſſe verſimile putem. Ob artis enim quam quis proficere excelleſtiam & præclara inuenta multos nobilitatis & equeſtris ordinis honores conſequi, tam de illis qui faciunt legitimus, & referri audimus, quam in illis qui ſunt etiam num videmus & experimur, ac Italia præſentim in archiepiſcopis, pictoribus, etharædis &c. eius rei recentia nobis exempla ſuppeditate queat. Huic opinioni Beierlingus etiam in Theatro ſuo quodammodo accedit ſcribens: *Sed ita vt merito primas Ioannes Gutenbergius teneat, quem tamen ex equeſtri ordine cur aliqui ſtatuant, non video, niſi quia ob rei tantæ peritiam induſtriamque ipſius & labores, cum honore illo non indignum cenſuerunt.* Omnium tamen honorificentiffimè ſcribit de Gutenbergio Ioannes Colle, qui Baronem Alemannum vocat loco ſuperius citato. Hæc de Gutenbergio mea opinio eſt, cui tamen non ita velim pertinaciter inhere, vt cum quopiam de ſuper controuertere opus habeam, licitumque per me cuiusq; erit Wimpelingij reliquaq; ipſi conſentientibus ſententiam amplecti, dum tamen Fauſtum & Schoëfferum quorum vitumq; ſicco quod dicitur pede illi prætereant, eo que ipſo ſe minus ſinceræ narrationis ſuſpectos faciunt, ab honore collegij non arceant. Iſta tamen inter Wimpelingium, alioſque de auctore Inuentoris diſcrepantia Harlembuſibus cauillandi occasionem aliquam ſubminiſtrare nequit, quali tanto minus illis ſidendum ſit, quod inter ſe minime conueniant. Quoad locum enim communiter in Moguntiam conſentiunt, qua ſententia contra Batauos euicta, Fauſtus an Gutenbergius, an quis tertijs, vnus an plures huius

huius artis inuectores fuerint, ad istos non pertinet, nec cuiusquam interest, cum de loco agitur, cui tandem hanc laudem tribuere velimus, maxime si collegialiter potius omnes tres admittamus, quam illorum quemquam excludamus. Nec enim dubitari deinceps oportet quin tam nobile inuentum attentis illis quæ superius tradita sunt, non ad hominem vnum, sed ad nominatos illos illustratæ literariæ rei triumuiros & gloriosi laboris confortes coniunctim referri debeat, id quod etiam monumento illis ad finem operis erecto omnibus indicatum & testatum esse cupio, ne minoris homines nostros tam præclare de republ. & omni doctrinarum genere promeritos æstimare videamur, quam Bataui Laurentium suum tot elogijs inscriptionibusque domi ac foris prædicatum faciunt. Vtra pars iustiores eius rei causas habuerit, ex illis quæ à Iunio, Boxhornio, alijs scripta, relata, asserta, quæque à nobis hac commentariuncula deducta, probata, euicta sunt æquis & benignis lectoribus dijudicandum relinquitur. Gutenbergium in consortium admitto, vel quia Wimpelingio de primæuâ ad inuentionem credere oportet, vel quia sumpibus (saltem & impensis hærentem in luto Faustum & impendiorum grauitate ferè submersum liberalitate suâ & operâ sociatâ subleuarit, eo que ipso de operis perfectione singulariter promeruerit, quod Salmuthus ipse met. largitur & concedit. Atramenti quidem impressorij inuentionem eidem Gutenbergio Theuetus adscribit, verum id Polydorus Petro Schœffero tribuit, nisi fortè, quod non incredibile, vterque notabile in illo operam præstitit. Faustus certe primariam de hoc certamine palmam auferre dignus est, utpote qui non tantum typos singularios præcipuum tanti artificij instrumentum ex ære primus efformauit, sed etiam princeps omnium typis descriptos libros orbi obtulerit & communicarit. Hi primitus è ligno facti fuerunt, deinde ex otichalco ut ait Melchior Adamus, seu etiam ex ære ut Mariangelo Accursio placet, qui differè æreorum, ut modo retuli inuentionem Fausto adscribit. Idem Accursius stanneos ad Petrum Schœfferum defert, dum modo quæ ab illo hac de re scripta alijs referunt, probè distincta sunt, & non vtriusque inuentionis ad vnum Faustum pertineat. Certè matrices quæ fundendis typis seruiunt Schœfferus excogitauit, quod cõmentum vti præcipuum totius artis mysterium continet, & in tuto demum post multos & varios exantlatos labores & expensas factas illam collocavit, ita ab exultante Fausto (è Salmutho id retuli in antecedentibus) herilis filie matrimonio remuneratum est. Addidit idem plures alias ad artis exercitium necessarias inuentiones, quænam tamen istæ fuerint, præter illa quæ de atramento glutinosiori præmissimus, speciatim non additur. Videri igitur potest vnus hic multorum anno-

rum

rum anxij, & ærumnosis sudoribus ingenij sui felicitate, & indefessæ industriæ constantia colophonem tandem imposuisse. At tandem mysteriosum illud secretum lucem aspicere ausum est, quodque eo usque vnus vrbes, imo conclauis angustij coarctabatur, postmodum è latebris profiliens per vniuersam Europam, totumque ferè orbem dilatatum est. Qua de re postquam de inuentione satis superque dictum est, deinceps paucis & selectioribus, (quis enim omnia velit aut possit?) dicere restat.

CAPVT XII.

De propagatione artis Typographica.

INuenta igitur Fausti, Gutenbergij, Schœfferi, coniunctis viribus & mutua opera adunata industriâ, opumq; consociatione imprimendi ars, haud paruo tempore secretis & exclusis externis arbitris arcanum religiosè coluit, donec ex causis in precedentium serie indigitatis, vicinas primum ad vrbes, deinde remotas etiam in prouincias proferretur, tandemq; passim & vbiq; diulgaretur. De anno videtur inter Salmuthum & Iohannem Schœfferum in citata aliquoties Trithemiani chronici clausula seu inscriptione dissensio esse, quam tamen dextra explicatio facile remoueat. Atresim Salmuthus occasione dissidij cum Fausto exorti (finitum illud fuit Iudiciali sententia anno 1455.) Gutenbergium Moguntia Argentinam concessisse, quo etiam operas aliquot ex Fausti officina secum attraxit, nec ipsemet artis ignarus. Prædictus autem Schœfferus tradit anno demum 1462. per Fausti familiares in diuersas prouincias diulgatas esse. Vtrumque à vero haud absolum arbitror, nam ante istum 1462. annum sola Argentinâ, quò Gutenbergius abierat, secreti illius particeps facta est, quæ postmodum isto à Ioan. Schœffero expresso anno reliquis etiam ciuitatibus & regionibus communis facta est. Atque ita cum Schœffero ipse etiam Salmuthus consentit, qui diuulgationem typographiæ in eundem annum 1462. quo Moguntia capta, direpta & incensa fuit, collocat. Mirabili ergo diuinæ bonitatis prouidentia pessimæ omnium erynnes, priuata dissensio & publicum bellum in bonum cesserunt, & ars vtilissima, multis alijs annis adhuc lucem subterfugitura, ista occasione maturius orbi innotuit, lauiusq; prodesse cœpit.

L

Ali-

Aliquotigitur ad minimum annis Gutenbergius Argentinae hanc artem exercuit, priusquam extra Moguntiam alibi nota esset, quam ego praecipuam & solam fere causam extitisse mihi persuadeo, ob quam V Vimphelingius alijque hunc repertorem typographici artificij crediderint, alijsque persuaserint. Vtpote qui Gutenbergio apud illos artem hanc exercente, de Fausto alijsve longo tempore nihil cognoscere potuerint. Atque ex eodem fonte promanavit, quod tot tamque variae, ut supra relatum est, de auctore, tempore & loco inuentionis apud diuersos hinc inde reperiantur traditiones, vnusquisque enim dum alicubi ab aliquo hanc noui generis artem exerceri cognouit, statim illum, eo quod de alijs needum constaret, primam inuentorem eius credidit, ac praeter loci assignationem ex tempore scientiae suae, etiam tempus primae inuentionis determinauit. Illud sane optarem ut V Vimphelingius de Gutenbergij sui actionibus, deque libris ab illo excusis aliquanto plenius tractare voluisset, quamquam hoc non ipsius negligentiae, sed materiae deficienti adscribam, eo quod Gutenbergius libris a se impressis nomen suum, ut etiam a plerisque alijs illud sub initium Exercitiae Typographicae omittebatur, non apposuerit, unde necessario sequi debuit, ut quamuis postea illi hinc inde extarent, tamen cuius auctoris essent, sciri liquidò non potuerit. Igitur primus locus, quem Typographia extra Moguntiam peregrinari ausa, domicilio suo dignata est, Argentina fuit: secundus fuerit Colonia, quae licet à Chronico vernaculo eius urbis ante Argentinam ponatur, in illo tamen eius auctorem falli necesse est, ob ista quae iam diximus. Vtricus autem Zellius Hanouien-sis fuit qui literaria haec mirae fecunditatis praecela Agrippinensibus ante alios omnes, qui illum postea secuti fuerunt, conspicienda dedit, cuius rei eadem illa Chronica testes sunt. Tertio loco idem Chronicon ponit Venetias, ad quam urbem quisnam primuseam detulerit operae pretium est cognoscere. Nicolaus enim Genson, siue ut Sabellicus vocat Ienson Venetijs quidem teste eodem Colonien-si chronico typosexercuit, sed ab alijs iam praeventus. Illi fuerunt Hanson Hamman conditus Herrzog, & Octavianus Scotus, quos Melchior Adamus omnium primos istam artem illic coepisse affirmat, quod etiam nunc libri ab illis impressi testantur: nisi quis forte malit hunc Adami Hansonem cum alio-ritum Iensione siue Gensione eundem credere, qua de re antiquorum formula: NON LIQVET, pronuncio. Huic urbi post Moguntiam praeter omnibus alijs ars excusoria, & bonae literae plurimum debent ob typos elegantiores, quibus hodie fere vrimur illic primitus repertos. Horum ego

Colonia.

Venetia.

reper-

reperitorem prædictum illum Nicolatum Iensonium hominem Gallum
 (ita omnes qui eius meminerunt, præter Sabellicum, qui Teutoniceum facit
 & Ilacium Pontanum, qui Danicæ suæ illum asserit) esse crediderim, qui
 non tantum Venetijs hanc artem exercitavit, sed etiam *elegantiorum typorum
 forma* (verba sunt Sabellici) *multum ceteros antecellit.* Idelogium is au-
 ctor huic & Iohanni Colonicensi communiter tribuit, quos non sibi quam
 Venetijs novellum id & mundius typorum genus reperisse inducit exin-
 de credere; quod antiquitas ad differentiam antiquiorum & rudiorum
 è Germania advektorum, novitij isti characteres VENETI dicentur.
 Ita enim vocari illos lego in operibus Iohannis Antonij Campani Episco-
 pi Interamnatris siue Aprutini anno 1495. Romæ editæ, editionem Mi-
 chaele Ferno, siue, ut aliquibus vocatur, Ferino, Mediolanensi im-
 pressis, quæ hoc typorum genere prodierunt. In illorum autem hæc ita
 legitur. *Characteribus Venetis impressum Roma per Eucharium Silber, alias
 Franck, vnius ipsius Michaelis Ferni Mediolanensis cura, correctione & impensa
 anno Christiana salutis M. CCCC. XCV. prid. Kalend. Nouembr.* Istom Eucha-
 rium reperio Iulij 2. Papæ typographum fuisse, talem enim se scribit in
 calce disputationum Pauli Cortesij in libros Sententiarum Anno 1504.
 Romæ excusatum. Hoc autem mundius & elegantius typorum genus
 satis mature videtur excogitatum esse. Anno enim 1477 duplex Ve-
 netijs editio prodijt Aluarotti lecturatum in consuetudines Feudorum,
 quæ utraque istis Venetis, ut vocantur characteribus excusa repeti-
 tur, licet isto cognomine in ipsa impressione non appellentur. E qui-
 bus tamen videor animaduertere recens adhuc eo tempore id in-
 ventum fuisse, ita in contrarium fere nimia laxitate peccant ista
 litterarum formula, dant antiquam illam intricatiorem densationem
 effugere laborant.

Fateor tamen reperisse me postquam hæc scripisssem decisiones Ca-
 pellæ Tholosanæ Lugduni anno 1503. per Iacobum Satton impressas quæ
 in fine typis Venetis excusa scribuntur, cum tamen illi ex antiquis illis
 & impolitoribus fuerint. Potuerunt autem duplices esse Veneti dicti ty-
 pi, alteri alteris politiores, cum fere non nisi per gradus in quaqua re ad
 perfectionem perueniri soleat. Si tamen hæc mea conciliatio doctis non
 satisfaciat, per me cuique liberum est manetque, quid de hac re sentire ve-
 lit, aucoque rectius sententium opinionem cognoscere. Sed & in ipsam
 urbem vrbium Romanam festinato passu hæc ars nostra peruenit, quo
 præter Vlticum Han siue Gallum, Campani versibus celebratum,
 præter Vlticum Han siue Gallum, Campani versibus celebratum,

Conradus Svvenheim & Arnoldus Pannartz illam intulerunt, prout eius rei testis est Simon Maiolus in diebus Canicul. qui omnes illos tres huius artis egregiè callentes vocat. Doleo autem, imo indignor fere, neque in Pij II. neque in Cardinalis Papiensis commentarijs vllam huius artis eiusque in Italiam, ac præcipue Quiritium urbem factæ introductionis memoriam reperiri, cum tamen vterque literarum & ad illas spectantium rerum amantissimus fuerit, & cum sui temporis, in quæ initia calcographiæ incidunt res gestas posteris enarrarent, occasionem honorificæ memoriationis sat commodam & luculentam habuerint. Maximè tamen illa ad Papiensem pertinent, nam forte Pius iam obierat (incidit mors eius in annum 1464.) priusquam Romæ hoc artificium vulgaretur. Fuit in eadem Romuli vrbe circa an. 1480. Ioannes Philippus de Lignamine eques Siculus Typographus, cuius meminit Simlerus in Bibliotheca. Neapolim typorum artificium primus detulit Sixtus Rufinger Argentinas anno 1471. tanta illic à Ferdinando rege & nobilitate exceptus gratulatione, vt non tantum vtrisque acceptissimus fuerit, sed etiam ab ipso rege amplissimæ dignitates atque adeo episcopatus ei sæpius oblatis fuerint, nisi omnibus illis patriæ amorem prætulisset. Hic adhuc Wimpelingij æuo supererat, dignitate Sacerdos, ætate grandævus. Ante omnes tamen reliquas Italicas vrbes, Taurinum Pedemontij, vt hodie vocamus Metropolis & Regia, Studio Academico inclytum Typographicam Officinam exercuit, vt scribit in Athlante suo Iodocus Hondius. Id si verum est, Galliæ potius quam Germaniæ Italiam debere primitiuam typorum propaginem vix ambigere poterimus. De cæteris Italiæ urbibus necdum quid reperi, nisi quod an. 1485. Florentiæ excudit Leonis Baptistæ Alberti opus Architectonicum decem libris absolutum Nicolaus Laurentius Alemanus. Illud autem consideratione non indignum est, incidisse huius artis primordia in illud ipsum tempus, quò Nicolaus 5. Pontifex & Alphonfus rex Neapolis & c. rerum potiebantur, ambo Musarum & literatorum hominum doctissimi & liberalissimi patroni, ac Musagetæ, quorum tamen neutri eousque superuivere datum fuit, vt aliquodeius artis experimentum conspiceret, atque adeo errat Thomas Garzonius, cum Nicolaum inter præcipuos Typographorum Mæcenates recenset. In Galliam impressoria ars à sæpemenorato Nicolao Genson, vt dixi, felici propagine primitus transplantata fuit, restantibus id Angelo Roccha Sacrista Papali & Melchiore Adamo. De Belgicæ prototypographo necdum quid mihi constat, certus tamen sum quicumque illi sunt qui Gandavi, Brugis, Antuerpiæ reliquisq; celebrioribus illius tractus urbibus (Louaniensem mox referam) hac arte primitus inclaruerunt

eosex Harlemon non prodijisse, sed Moguntia, Parisijs, aut Colonia, illuc
 missos esse. Per Germaniam autem statim ab initio ars hæc mirè propa-
 gata passim fuit. Nam Iohannes Mentel post Gutenbergium celebrem
 Argentinae officinam habuit, remque familiarem breui multum auxit, ut
 testantur Wimpelingus, Theuerus, Melchior Adamus & Spondanus.
 Huic Adolphus Ruchius, siue ut in poematis Rodolphi Langij vocatur,
 Ritschius, in eadem ciuitate Argentinensi successit, qui inter cætera, quæ ex
 eius officina prodierunt, Biblia cum glossa ordinaria triplici caractere,
 quod elegantia specimen isto tempore adhuc nouum & memorabile quid
 videbatur, in publicum dedit. Extat enim inter poemata memorati Lan-
 gij nostri anno 1486. Monasterij in VVestphalia impressa carmen Alcai-
 cum, quo Adolpho isti de eiusmodi publicatione gratulatur. Post hunc
 VVimpelingus Martinum Flaccum & Matthiam Schurerium affines re-
 ceuset, qui & ipsi Argentinam artis suæ palæstram nacti sunt, fuitque po-
 sterior hic Iurium Doctor, & ab emendatis editionibus magnopere com-
 mendabatur. Extat ad illum Erasmi Epistola, quæ libri vltimi postrema
 est, duplici laude hominem ornans, quod & *pro non vulgari eruditione sua ea
 ad imprimendum deligat, que ad veram eruditionem conferant, & quod ingenuo
 quodam erga bonas literas amore, eruditorum potius studio, quam suis sermibus con-
 sulere gaudeat, vnum hoc agens ut libros quam optimos quam emendatissime excusos
 in lucem emittat.* Fuit denique VVimpelingij Synchronus Ioannes Prius,
 quem ait infinita volumina legenda dedisse. Is inter reliqua an. 1488. Fa-
 sciculum temporum VVerneri Rolvincij nostri excudit. Fuit deinde Tho-
 mas VVölsius VVimpelingio, Pantaleoni & Theueto, ut vidimus, me-
 moratus, cuius filio Homonymo Icto & præposito Argentinensi ad S.
 Thomam, idem VVimpelingius Germaniam suam dedicauit, extatque
 ad eundem Ioannis Francisci Pici, cui familiaris fuit, epistola. Verè igitur
 dici potest artem hanc ad Rhenum ortam, ad eundem fluuium insigniter
 deinceps vsque in præsens floruisse. Nam & in vicina Argentinæ Basilea
 quæ anno 1490. Nicolaum Kesler typographum habuit, Ioannes Amer-
 bachius, qui S. Augustini opera primus excudit, & post eum Ioannes Fro-
 benius successor eius celebris officinas instituerunt, quorum posterior Pa-
 trum Ecclesiæ voluminibus imprimendis magnum sibi toto orbe nomen
 fecit, tum Erasmi etiam contubernio & scriptis æternitati se consecrauit.
 Frobenius is Hieronymum filium, ut fortunatum, ita & artis hæredem re-
 liquit, cui itidem pari celebritate duo filij Ambrosius & Aurelius successerunt,
 omnes multis præclaris operibus & auctoribus emissis per celebres.
 Nec minori dignatione Nicolaus Episcopus Sebusianus prædicti Frobe-

Typogra-
 phi aliquot
 Argenti-
 nenses.

Basilea.

hic antiquo illo rudiori typo excudit, non nisi serò admodum admissis politionibus illis, quos à loco inuentionis Venetos illos olim dictos esse characteres, supra memini. Huic Iodocus Badius inscripsit Politiani aliaque Illustrum virorum Epistolas, editas anno 1499. qui illum vocat ciuem virumque integerrimum, omniumque literariam rem exercentium laudatissimum. Sed & Lubecæ, in ipso Germanici Imperij boreali margine, eiusdem Koburgeri contemporaneus, typorum officinam aperuit Stephanus Arnoldi: qui anno 1484. ibidem excudit Biblia Germanica in Saxoniam dialectum versa, quæ eadem idiomaticis nostri vernaculi Biblia, Halberstadij etiam prodierunt, anno 1522. ex eadem quidem versione, sed multis locorum millibus variè interpretata, ex quo (liceat id obiter mihi indicare) cognoscere poterit Lector pius & curiosus, multum illos falli, quibus persuasum est, Lutherum fuisse primum, qui sacram Scripturam Germanicè loqui docuerit: nam ipsomet Bucholcero teste in *indice Chronologico*, Nouum testamentum, (ab illo enim initium suarum translationum fecit) à Lutheroversum an. 1522. excusum fuit, integra vero Germanica Biblia eius, anno demum 1534. prodierunt, quod docere scribit is, quem dixi auctor, priuilegium vetus, ab Electore Saxonie Bibliopolis concessum, quod fuerit datum Torgæ 6. Augusti eodem anno. Auctor etiam est Martinus Zeilerus in *Itinerario suo Germania*, in Bibliotheca Augustana extare Biblia Germanica manuscripta, quæ ad ann. Christi 1449. vel circiter traducta fuerint. In hac ipsa autem Vindelicorum Augusta, Ioannes Bemler primus videtur librorum Impressor fuisse, qui ibi anno 1466. excudit Latina Biblia, vti Martinus Crusius, & Melchior Adamus testantur. Iidem Auctores sunt, Eslingæ Typographum fuisse anno 1475. Conradum Finer, Vlmæ vero circa eadem tempora Ioannem Zainer & Conradum Denckmuth: an tamen hi aliquid memorabile in hac re impressoria præstiterint, & quidnam id fuerit, ab illis non additur, ibidem (Vlmam intelligo) ann. 1482. Leonardus Holl excudit Ptolomæi Geographiam versionis Latinæ, vnâ cum Tabulis illuminatis, sed, vti erant ea tempora, rudioris Mineræ, curante editionem illam Conrado Donis (ita enim Tritheimius, Pantaleon & Simlerus cognominant, sed erroneè, vt videtur, ex hac ipsa Ptolomæica editione comprehendi) Monacho Germano Benedictinæ familie Opus illud inscriptum fuit Sixto 4. Pontifici Max. Spiræ anno 1480. excudit Petri Aquilani Minoritæ quem Scotellum vocant quæstiones in 4. libris Sententiarum Petrus Drach. Monasterij etiam in VVestphalia maturre satis excusoria officinæ exerceri cœperunt, vti etiam Dauentriæ ad Isalam,

cui

cui rei celebres Scholæ, quæ eo tempore vtrobiq; floruerunt, causam procul dubio præstiterunt. Habuit autem Dauentria Richardum Pafradiū, qui anno 1481. ibi impressit libros Exemplorum, & circa annum secularem opuscula omnia Alexandri Hegij ibidem cusa sunt. Monasterij Ioannes Limburgus ann. 1486. impressit Rudolphi Langij nobilis V Westphali & Monasteriensis Canonici primi inter Germanos post expulsam barbariem poetæ Carmina; isto enim elogio à Chytræo alijsq; insignitur: Louanij vt Sueruius in *Athenis Belgicis* suis testatur, primus Typographus fuit Theodoricus Martinus Aloftanus, vir doctus & scriptis eruditis literariæ famæ suo tempore candidatus, Erasmi amicus, qui etiam an. 1533. mortuo Carmen Sepulchrale fecit. Hunc tamen priusquam Louanium concederet Alofti in patria hoc artificium fecisse reperio, vbi an. 1490. excudit Summam Angelicam ab auctore Angelo de Clauasio ita dictam. In eadem Louaniensī vrbe breui post, præter Rutgerum Rescium, de quo statim, Seruatius Sassenus arte sua & Doctorum familiaritate viguit. In Hispaniam, Angliam, Poloniam, reliquasq; regiones, quinam primi typos illorumque vsū, & hæc mustga litterarum torcularia detulerint, necdum apud quendam reperi.

Illud autem certum est, nec hodie illarum regionum præla cum Italicis, Gallicis & Germanicis conferri posse. Hæ enim tres Prouinciæ vti ab initio artē hanc partim repererunt, partim insigniter excoluerunt, ita etiam nunc principatum eius tenent, vt quidquid ferè vbiq; reperiat, insigniorum operū & Auctorū, typis publicatorū, ex illis maximā partē eò inuectū fuerit. Memorabilis nihilominus est Bibliorum Complutensium editio, in Hispania sub Leonis X. Pontificatu perfecta, ab Arnolde Guiljelmo Bro- *Complutē.* cario, eius loci Typographo, de qua apud Aluarum Gomesium insignis locus extat *lib. 2. de vita Francisci Ximenij Cardinalis Toletani* (illius enim iussu, auspicijs, impensā egregium illud opus adornabatur) quem in calce opellæ huius, inter cætera additamenta, præbiturus sum. Inter Gallica autem, passim ferè per omne regnum instituta typographeia, Lutetiana & Lugdunensia semper excelluerunt, quibus ex vrribus infinita probatissimorum Codicum multitudo prodijt, quamuis Burdegala, Rothomagus, Tholosa, Auenio & Vrbes aliæ etiam hac in parte laudem suam habeant. Parisijs autem Ioannem Paruum, & Iodocum Badium Ascensium primos, ferè reperio, qui ad aliquod in hac arte nomen peruenerint, licet antiquita- *Parisi.* te illos præcurreret Georgius Mittelhus, homo, vt cognomen indicat, Germanus, qui anno 1484. tractatum de Corpore Christi illic publicauit. Nec

M

puto

puto Gensonium, de quo supra, cum typos in Galliam primus deferreret, alibi, quam in hac regni Metropoli sedem elegisse. Fuit ibidem Henricus, etiam Stephanus Senior Roberti parens, cuius infra obiter memoratio fiet. Is autem anno 1509, excudit Quintuplex Prætorium Latinum Iacobi Fabri Stapulensis. Lugdunum præter plurimos alios Franciscus Fradinus, & Hugo à Porta excutione innumerorum, & ingentium in vtriusq; iuris arte voluminum illustrarunt, nec minoris famæ sunt omnis generis librorum impressione Græphus Tornæsius Cardon, alijq; quos vel huius vrbs, vel aliarum omnes referre velle longum & infinitum ferè sit, ac propterea ad reliqua transgredior.

Lugdunum.

C A P V T XIII.

De primis libris impressis.

BReuiter iam de præcipuis Typographis, maximeq; illis qui eruditionis præsidium ad tam grauem, laboriosam, honoratam, & necessariam artem præ plerisq; alijs attulisse celebrantur, quædam subiectam: vbi tamen prius præmiserò, quænam fuerint primordialia huius artificij rudimenta, primi nimirum libri, qui impressi fuisse traduntur. Nam non minus in his, quam plerisq; alijs impressoriam concernentibus artem, auctores variant, vti in superioribus hinc inde per occasionem iam prælibaui. Batavi præterquam quod Harlemi libellum, cui Salutis Speculum inscriptio fuerit, omnium primo excusum venditant, Moguntia etiam furtiuus suis ex Hollandia, vt persuasum habent, surreptis typis, initio tradunt impressum esse, Alexandri doctrinale, & Tractatus Dialecticos Petri Hispani. Verum hæc erronea opinio in superioribus explosa & reiecta est. Mariangelus Accursius Donati Grammaticam & Confessionalia, primogenituræ honore donat, quem Coloniensis Chronici auctor, Bibliorum Sacrorum Codici impartit, cuius opinionem reliquis facile prætulerim, præsertim quod Mariangelum arbitror loqui de Hollandicis Rudimentis, quæ in consortium huius inuentionis admittere non dignor. Ramus quidem, eumq; secutus Zwingerus, in *Theatro vite humana*, officia Ciceronis ante omnes alios libros primordialiter impressos fuisse opinantur, verum ipse annus (nam ad 1466. referunt) satis superque illos refellit. Raphael autem Volaterranus, qui S. Augustini libros *de Ciuitate Dei*, & Lactantium primitus typis descriptos prodit, inter præcedentium dissensiones partem non facit, loquitur enim de excusoria primæua Romæ facta, quamuis Spondanus in *Chronographia*

phia perperam eum intellexerit de primis in Europa libris excusis. Si in hac auctōrum diuersimoda narratione & contradicentiā electionem institueret integrum est, Chronici Colonienſis narrata reliquis facere prætulerim; tum quod illud de Moguntinis prælis loquatur, quæ primosq; orbi libros exhibuisse, & sufficienter probatum confido, & euidentiā facti ipsa, ac rerum testimonijs satis euictum nōscitur, tum quod admodum verisimile sit, tam salutaris artis primordia, boni ominis causa à sacris potissimum auspiciata fuisse.

CAPUT XIV.

*Typographorum aliquot doctrina excellentium
Nomenclatura.*

Inter Typographos ratiōris eruditionis laude præstantes, ætate primas fere aufert Aldus Manutius Romanus, qui Venetijs ante annum 1500. celeberrimam instituit Officinam, è qua plurimi egregij auctores prodierunt, isq; primus, ni fallor, est qui Græcos libros excudit. Nam qui ante illum eius generis typis vsi sunt, qui rari admodum fuerunt, ferè ad explendas lacunas, sicubi in Latinis Codicibus vna atque altera Græci sermonis vocula intercurreret, eos adhibebant: Antiquissimi enim Typographi vacua illic spacia relinquere solebant, ob Græcorum characterum defectum, Testatur autem in Epistola quadam Erasmus ante annum 1520. vix quicquam, nisi profani generis, ex Aldina Officina typis Græcanicis exiisse. Hunc eundem puto primum esse qui typos Hebraicos in hac arte adhibuerit, certè vsus illis fuit, vt ipsemet Aldus testatur in Epistola ad Conradum Cellam, & Vincentium Longium, quæ extat inter *Epistolas Philologicas Goldasti*. obiit Aldus hic anno 1516. vt Iacobus Tirinus in *Indice Auctorum* testatur. De hoc Aldo ita scribit in *Vatic. Biblioth.* Angelus Roccha pag. 412. Quos inter Aldus Pius Manutius Senior primum hac in re locum occupauit, atq; ita vt omnibus in rebus, quicquid exacti, quicquid pulchri, quicquid deniq; boni appareat, id ipsum Typographia Aldina nomine ex prouerbio nuncupari soleat. Fuit enim doctissimus, ac non minus re quam cognomine Pius, omnig; laude dignus, vt in *Typographia Aldina* fusius dictum est. Audiui enim ab iis, qui cum eo diu versati sunt, vt alias posthabeam diligentiā in Typographia præstitas, duo ad summū folia, singula quoq; hebdomada imprimi solere, cum hodie totidem fere, &c. Idē pag. 402. Aldus enim Senior publica consuluit utilitati, dum impressoria artē miro exercuit studio, vt Latinā linguā & Græcā quas optimè callebat, in pristinū splendore typis perpulchris restitueret. Nā ea re-
pestare

Aldus
Manutius

pestate Græca & Latina lingua maximam patiebatur iacturam. Ita ille. Memorabile est quod ibidem addit, Aldum hunc à familiâ Piâ, cui Carpotû principatus quondam subiectus fuit, in nomen suum adoptatum fuisse. Aldo iungi meretur Paulus filius, eruditione plurimis testatam publicis ingenij monumentis, patre etiam superior, qui Venetijs primum postmodum Romæ vixit, artem suam iucundissimâ Musarum alternatione ornauit & excoluit. Videri de hoc potest in sequentibus, vbi de Vaticana Typographia, Illic simul Aldus Iunior memorabitur, Paulo progenitus. Rara enim & memoranda Manutiorum felicitas est, quod ~~ut~~ olim tres continua serie Roma vidit è Curionum familia Oratores, ita simili ratione hæc gens totidem produxerit, non typographos solum excellentes, sed etiam viros doctissimos & eloquentes ad vnum omnes. Post Aldum maximè celebris fuit Robertus Stephanus Parisiensis Typographus, eruditione Aldo vel par vel superior, nec enim tantum omnis generis egregios Codices elegantissimè excudit, verum etiam ipsemet multa haud indoctè conscripsit, quæ inter facile excellit linguæ latinæ Thesaurus duobus prægrandibus Tomis anno 1545. Parisijs emissus. Gratius huius viri nomen esset, nisi impostura in Franciscum Vatablum commissa, ob quam solum vertere, vltionem præuertens, coactus fuit, existimationem suam læsisset. Huius autem in præstita Thesauri à se collecti publicatione opera æmulatione laudabili incitatus filius eius & in arte successor Henricus Stephanus, præter alia multa & diuersa, grandia postmodum tria de lingua Græcanica eiusdem tituli Volumina, infinito labore congesta, & magno doctorum plausu excepta in lucem dedit, nisi quod ministri seu adiutæ sui Scapulæ fraude & deceptione minus ex illa editione sua lucri quam gloriæ collegit, adeoque sumptibus immensis ob tardiores exemplarium distractionem non satis celeriter receptis fortunarum iacturam aliquam fecit. Scripsit & præterea varia ac multa, ex quibus de ingenio & doctrina hominis iudicium fieri potest, potissimum tamen circa Græcos auctores occupatus fuit, nec temerè habuit aliquem ex coætaneis sibi in illius linguæ exacta cognitione præferendum: certè suo se calculo omnibus antepoluit, è qua re, & quod ingenio esset paulò rixosiori, multæ ipsi cum diuersis & molestæ progenitæ fuere controuersæ, interq; cæteros cum Ioanne Leunclauio nostro, æui sui & patriæ nostræ Westphalicæ insigni ornamento, Græcis Versionibus, præcipuè Xenophontis & Dionis, Turcicæq; historiz editione omnibus noto semperq; victuro, de Xenophonticâ rei equestris versione contentionem habuit publicis scriptis testatam. Vixit varia fortuna prædictus Stephanus quam partim temporis, partim moribus acceptam tulit, cumque Parisijs &

atq;

Robertus
Stephanus.Henricus
Stephanus.

Ge-

Genevæ aliquamdiu Larem tenuisset, tandem per Germaniam diu vagatus est, donec Lugdunum reuersus, cum patriæ obliuisci nesciret, fati ibidem concederet an. 1598 Homo hic Germanicæ nationi parum æquus fuit, cuius hypocauticas versiones & nescio quæ alia mordacibus diæterijs inceslere volupe habuit. Fuit eodem tempore Hieronymus Commelinus Sant-
 andræanus, itidem Gallus, eruditissimus Typographus, vt verissimè vocatur à Bucholtzero, è cuius Officina tòt egregij exiere auctores, vt nemo forte sit cui hac in parte cedere debeat. Maximè autem S. Athanasij, & Ioannis Chrysoftomi Operibus edendis, tum plerisque etiam alijs veteribus è Græcia Auctoribus, à se primum euulgatis inclaruit, obiit anno proximo ante Stephanum Heidelbergæ, quo ad vltimum se contulerat. Antiquiores prædictis fuere Iudocus Badius Ascensius Belga, de quo iam dixi, Rutgerus Rescius & Ioannes Oporinus, quorum primus non tantum recensitam typographiam multum auxit (ita de illo testatur Miræus in elogijs Belgicis) sed etiam plurima ipsemet scripsit, ac tantæ eruditionis fuit, vt Erasmus in Ciceroniano ipsi Budæo, quoad Tullianæ dictionis elegantiam, prætulit, nec tamen sine fremitu Gallorum, vt ex Germani Brixij expostulatio ad Erasmus Epistola constat. Rescius autem è Dryopoli siue Mafica Leodiensis agri ad Mosam Oppido ortus, primus fuit in trilingui Gymnasio, Louanij à Buschidio Erasmi hortatu instituto, Græcæ linguæ professor, ac postmodum celebre illic typographeum aperuit, eodemque fato Ioan. Oporinus cum aliquamdiu Basileæ linguam sanctam publicè docuisset Calcographico instituto ibidem nomen dedit, de quo Boissardus in Iconibus, Pantaleon & Melchior Adamus videri possunt. De Ioanne Amorbachio è Franconico Fuldenfis ditionis oppido Hamelburgo oriundo Basileensi suo tempore, id est, sub ipsa initia Impressoriæ inclarescentis, typographo celebratissimo, scribit in præm. lib. 1. de verb. mirific. Ioann. Reuchlinus fuisse illum ingenio præstantem, & miro characterum artificio nobilem, varijsq; disciplinis excultum, ac in hominum clarissimorum literaria republica clarissimum. habuit & Lugdunum Francisco rege Stephanum Doletum, qui cum Tomis Commentariorum linguæ Latinæ, alijsque scriptis iam inclaruisset, interq; cætera Ciceronianum Erasmi alio Dialogo refutasset, quo iudicio & felicitate non est huius loci expendere, tandem vitæ suæ reliquum ex eudendis potius quam componendis libris, Gesnero teste, Lugduni impendere maluit. Apud Coloniaenses patrum Auorumq; memoriâ Godfridi Hittorpij & Geruyini Calenij Lippientis doctissimorum ex ordine Senatorio virorum (prior etiam Consularu aliquot annis functus est) celebre in re typographica nomen fuit, quorum ille, inter infinita alia, de

Hieronymus
Commelinus.

Iudocus
Badius.

Ioan. Oporinus.

Ioan. Amorbachius.

Stephanus
Doletus.

Godfrid.
Hittorpius
Geruyinus
Calenius.

Petrus Quentel. Ecclesiasticis Officiis variorum ex sacra antiquitate autorum tractatus excusus dedit; alter inter cætera celeberrimum Suriij *de Virtus-Sanctorum* opus septem Tomis euulgavit. Vtrumque ætate præueterat Petrus Quentelius, cuius olim * officinam Dionysij Rickelij Carthusiani immensa tot voluminum scaturigo, & mira varietas egregie nobilitauit; quorum subinde per partes editio postmodum ab eiusdem officinæ hæredibus & successoribus reperita est. Maiorum celebre nomen, & officinæ laudem posteti, velut Geruinus Calenius, Arnoldus Quentelius, Ioan. Krepfius prælatè hucusq; conseruarunt. Mitto Eucharium Ceruicornum, aliosque, nec enim vniuersalem Nomenclaturam peragere institutum habeo. Sed & Parisijs Græcis præcipuè auctoribus in lucem proferendis magna vixere existimatione Morellij, illius linguæ peritissimi; quorum princeps, ni fallor, fuit Guilielmus, prope Caletum in Neustria natus, qui post Hadriani Turneti doctissimi viri in professorum Ordinem coopratæ abdicationem Regiæ Græcorum voluminum Bibliothecæ curam Parisijs suscepit, vt Thuanus scribit lib. Hist. 35. Antuerpiam autem Christophorus Plantinus Turonensis præ reliquis hoc artificio mirè illustrauit, qui vti fortè prædictorum aliquibus de eruditionis palma concedit, ita celebritate neminè inferior est, ac primus extitit, qui Architypographi (in calce Regionum Bibliorum prototypographum se scribit) titulo insignitus fuit, quo honore à Philippo II, Hispaniarum Rege donatus est, cuius etiam auspicijs nitidissimis typis suis excudit immortale illud opus Regionum Bibliorum, Arià Montano doctissimo Theologo, & linguarum plurimarum cognitione nemini sui temporis secundo, legatione regiâ editionem curante, cuius impressionis historiam in calce huius opellæ, inter alia parerga, exhibeo.

Franciscus Raphelinguus. Plantini gener fuit Franciscus Raphelinguus Flander, qui Græcæ Hebræicæque linguarum exactam Luræ scientiam, Ioanne Mercero instituyente, consecutus, cum Cantabrigiæ in Anglia Græcas literas professus fuisset, ad Plantinum in Belgicam delatus correcturæ, quam vocant, prouinciam apud eum subiit, cui etiam diligentia sua & morum ingenuitate ita se probauit, vt natu maximæ filiarum nuptias mereretur: cumque ingentes apud Socerum labores in adiuuanda Bibliorum, quæ dixi, impressione sustinisset, Lugdunum Batauorum tandem secessit, Hebræicamque ibi linguam publicè docuit. Linguarum Orientalium vel ipso Scaligero teste valde peritus fuit, ac Arabicæ etiam linguæ ibidem professionem suscepit, de qua Lexicon eius posthūmum ab ipso dum viueret, summa cura confectum ibidem prodijt. Hæc de hoc homine Thuanus fere refert lib. 119. potestque de eodem

eodem videri Meursius in *Athenis Barauicis*, vti etiam Sverrius in *Belgicis*.
 Habuit idem Plantinus alterum generum Ioannem Moretum, virum haud
 vulgaris literaturæ & Officinæ dotalis in Vrbe Antverpiensi ex arte hære- *Ioannes*
 dem & successorem, quem præter librorum ingentem numerum niti- *Moretus*
 dissimis typis descriptorum amicitia, & familiaritas incomparabilis he-
 rois, & verè in Romanæ antiquitatis scientia, publicoque cultu ac illustra-
 tione Phœnicis Iusti Lipsij plurimum nobilitavit, cuius etiam scripta in-
 ter præcipua, quæ ex illa officina prodierunt, numerari iure optimo me-
 rentur. Eandem Antverpiam Belleri etiam ac Nutius hoc literario artifi- *Balibasar*
 cio non parum illustrarunt. Moreti filius Balchazar vir eruditione & pie- *Moretus*
 tate commendandus, auitæ & paternæ laudis pius æmulator antiquam
 Plantiniæ officinæ dignitatem præclare etiamnum sustinet, numero- *Belleri &*
 sa quotidie præla quadraginta & octo ad minimum operarum ministerio *Nutius.*
 exercens, nisi fortè bellicorum tumultuum passim furens, & papyriarum
 officinas, vt pleraq; alia destruens Erynnis, ad repus numerum hunc contraxe-
 rit. Præter elegantiam autem & varietatem lectissimorum typorum, qui-
 bus omnibus vniuersi orbis Calcographeis hoc Moreto-Plantinianum an-
 tistat, hæc insuper singularis eiusdem Officinæ gloria est, quod pieta-
 ti ferè se totam addidisse videatur, quando non vllis iam inde ab antiquo
 operibus libentius insudat, quam his quæ diuino cultui & cœlitum ho-
 nori deseruiunt: cuius generis Voluminibus, Catholicas Europæ Pro-
 uincias, atque adeo ipsas Italiam Hispaniasq; dudum repleuit. Eadem
 laus præter diuersorum locorum (Parisiens. Venet. Lugd. &c.) alias, ac ante
 te omnes Pontificiam almæ vrbis in Vaticano, Colobiensibus etiam Ty-
 pographis plurimum debet Orbis Christianus, vti aliquando docebit
 Catalogus librorum Coloniae editorum, quem nonneminem meditari
 libens intelligo: de Antonio Hierato infra peculiaris erit agendi lo-
 cus. Interim cum honore & elogio nominandi veniunt, prout occur-
 runt memoriæ, Hermannus Mylius, Maternus Cholinus, Ioannes *Mylius,*
 Gymnicus, eorumque hæredes, vti & Ioannes Kinchius, Gymnici & *Cholinus,*
 Hierati dotalitio iure successor, Bernardus Gualteri, Petrus Hennin- *Gymnicus,*
 gius, omnes Senatorij Ordinis viri, rem librariam in eadem Ciuitate *Kinchius,*
 cum laude & reipublicæ bono professi. Adde Crithium, Greuenbruch *&c.*
 ac ceteros recentiores, quorum iam industria incipit efflorescere, & si
 tempora faueant, maiorum vestigia haud dubiè non segni pede sequentur.
 Habuit Auorum tempore Lutetia Michaëlem Vascolanum, cuius super- *Michael*
 sunt plura in hoc industrie genere monumeta, meminitq; eius honorificè *Vascolan.*
 Iulius *ans.*

Iulius Cæsar Scaliger in Epistola ad Ferronum (inter impressas 85. est)
 cum ait : *Non dubitavi committere eas fidei excellentissimi Calcographi M. Vasco-*
sani viri & diligentia insigni, & doctrina singulari, & fide incomparabili. Habuit
 eadem prædicti æqualem & supparem Simonem Colinæum, ad quem ex-
 rat Sepuluedæ Epistola Typographum doctum, & multis Voluminibus
 excusis celebrem, qui in calce *Elucidatorii Ecclesiastici Clichtovæani, Henrici*
Stephani (Pater is fuit Roberti in superioribus mihi iam dictus) se vocat
 Successorem: ac Burdigala, ante annos haud multos, alium Simonem ex-
 tulit, cui Milangij cognomen fuit, meminitq; eius Ioan: Darnalius in *consti-*
nuatione Chronici Burdigalensis; Is enim cum multis annis Collegij Gueni-
 nensis siue Aquitanici rectorem magna laude egisset, postquam compul-
 sus esset illam spartam suam Patribus Soc. Iesu, quorum Collegio vnitum
 deinceps fuit, concedere, suasu suorum Typographico negotio animum
 applicuit, & Officinam quæ inter Galliarum deinceps præcipuas cense-
 ruit, instauravit, correctioni librorum, quos vberissima solertate ex illa
 procreavit, iugiter intendens: quæ laus etiam Oporino, de quo dixi, tribu-
 tur, quem nihil excudisse legimus, quod non ipsemet prius diligentissimè à
 se reuisum correxisset. Arque hanc correctionis artem præter recensitos
 hæcenus doctissimos viros plerique etiam alij factitarunt, quorum vel fa-
 cultates non ferebant, vel voluntas & inclinatio non erat, propria institu-
 re Typographia, ideoq; alijs potius, quos cura & opera sua dignos existi-
 marent, diligentiam & eruditionem suam impendere maluerunt. Inter il-
 los autem celeberrimi fere præ alijs fuisse videntur Fridericus Sylburgius,
 Cornelius Kilianus, & Sigismundus Gelenius quorū hic apud Frobenios,
 primus apud VVechelianos, medius apud Plantinianos reuisioni edendo-
 rum præfuerunt, omnes proprijs etiam scriptis, vtriusque linguæ haud tri-
 uiali cognitione, & morum integritate clari. Quod idem de Theodoro
 Pulmanno, Antonio Gesdaliio, Victore Gifelino & Francisco Harduino,
 quos Kilianus apud Plantinum Collegas habuit, dicendum est, testante de
 illis Miræo in *Elogijs*. Nicolaum etiam Gerbelium, notij inter eruditos no-
 minis, apud Schürerium Argentinensem correctionibus operam impen-
 disse inuenio, vbi anno 1515. opusculis quibusdam Erasmi edendis & emen-
 dandis adfuit. Michaelis quoq; Ferni Mediolanensis nomen illustrant An-
 tonij Campani Aprutini Episcopi Opera anno 1495. Romæ, vt in præce-
 dentibus iam prælibaui cura eius edita. Fecit etiam hoc correctorium arti-
 ficium Ioannes Antonius Bergellanus, cuius extat de *Encomio Calcographis*
 Carmen Elegiacum, quod cum alibi, tum ad calcem supplementi Biblio-
 thecæ Gesnerianæ Antonij Verderij legitur, sed & ipse *Erasmus* apud Lo-
 uæ

Simon Co-
linæus.

Simon Mi-
langius.

De Corre-
ctoribus
typogra-
phicis.

Frid. Syl-
burgius.

Corn. Ki-
lianus.

Sigis. Ge-
lenius.

Pulman-
nus, Ges-
dalius,

Gifelinus,
Harduin-
us.

Io. Ant.
Bergella-
nus.

uanientem Typographum Theodoricum Martinū, vt Opmeerus testatur, Correctoris officio aliquamdiu functus est, idemq; artis apud Aldum Seniorem Venetijs fecisse Iulius Scaliger in *refutatione Ciceroniani Oratione prior* ei obijcit. Erasmus tamē hoc posterius negat, nec nisi proprijs scriptis suis id operæ illic impendisse asserit, cui sine dubio maior de rebus proprijs notitia fuit, quā sit æmulo & obrectatori fides. Ante omnes aut̄ alios memorabile & suspiciendū in hoc vitæ & professionis genere esset Petri Trecij nomen, de quo Sabellicus refert, gloriari solitum *triginta Voluminum millia à se reuisa & recognita è prælis produisse*, nisi is ita intelligendus sit, vt non singulorū librorū archetypi, sed cuiusq; operis vniuersa excusa exemplaria in computationem illam veniant; alterum enim illorum verborum intellectum vniushominis ætas non admittit: Sed de his hæctenus, sciens enim vt ad Typographos reuertar, *Iuntas, Cratandros, Birckmannos*, reliquosque prætereo, quos optarem pleno aliquo de omni Typographica historia Commentario ab idoneo quopiam narratore recenseri. Infinitus enim fere illorum numerus est, qui in hac arte egregia excelluerunt, quorum vti Thomas Garzonius in *Emporio suo*, siue *Piazza vniuersale* præter iam relatos (*Badium, Frobenium & Iuntas*) recenset *Paulum Manutium, Valgrisum, Giolitas, Salamandram, Cieram, Missarinum, Pratum, Muschium & Imbertes*, Italos omnes. Ita longè plures illis addere poterit, qui hoc argumentum ex professo tractare voluerit, *Landrium, Rouillium, Prostium, Lugdunenses; Niuelium, Sonnios; Cramosy*. Parisienses; *Feyrabendium, Palenium, Rulandium, Egenolphum, Bassaum*, Francofurtenses: *Ludouicum König* Basileensem; *Zetznerum, Ribellium* Argentoratenses; *Vignon, Cressin, Choquet, Stoer* Geneuenses; *VVilleros, Angermarium, Nicolaum Henrici, Lyserium* Augustæ Vindel. & Monachij; *Grosios, Schureros, Selsisch, Bergeros* Lipsiæ & *VVitebergæ*; *Ioann. Blaevv, Hondium, Iansonium* Amsterdami; *Georg. Lud. Frobenium* Hamburgi, & reliquos; adeo vt vel sola illorum nomenclatura iusti Voluminis modum constituere posse videatur. Cæterum in tantum hæc imprimendi ars inualuit & dilatata est, vt priuati etiam homines proprios habuerint conductos subindè Typographos, ac peculiaria et̄ priuata adornarint sibi præla. Nam & Henricum Stephanum constat se in quibusdam Voluminibus excusis *Hulrici Fuggeri* Typographum profiteri (fecit id in editione veterum Medicorum, quos excudit anno 1567. & nobilissimus Eques & Poëta Francus *Huldricus Huttenus* in gentilitia arce sua *Steckelbergensi* peculiarem exerceri fecit Officinam, ex qua exierunt criminosisimæ illius vi-

N

ri in

Priuatorū
typogra-
phi.

ri in VVittenbergicum Ducem Orationes anno 1520. Huc etiam referri fortassis debeat *Cortesianum prælum*, quo anno 1510. impressi sunt Pauli Cortesij libri tres de Cardinalatu per Simeonem Nicolaum Nardum Senensem in Castro Cortesio: Inter reliquas autem huius seculi Typographicas Officinas valde memorabilis est Vaticanæ Palatii Romana, de qua Roccham audire operæ pretium est in appendice Bibliothecæ Vatic. pag. 43. Quare Sixtus Quintus, inquit ille, ad præclara omnia & sane pia contendens, Typographiam Apostolicam Vaticanam magnificentissimè instituit, viris doctis undiq; conquisitis, ad Concilia generalia imprimenda, Sanctorum Patrum monumenta restituenta; Ecclesiasticosq; libros promulgandos, necnon ad Catholicam disciplinam toto terrarum Orbe propagandam: Quantum enim iactura passa sit vniuersa Theologorum Catholicorum Scholâ quantum discrimini exposita sit, optimè ipse nouit. Hinc nobilissimam Typographiam, rem quidem Pontifice, quin seipso dignam, in Vaticano instituit Dominico Basâ Veneto Typographo homine quidem nauo & industrio ac sagaci, ad Typographiam erigendam & regendam electo, qui pro huiusmodi re præstanda circiter quadraginta aureorum millia insumpsit, nullo parcens incommodo, nullique impensa. Hac præterea Typographia Apostolica Vaticana & elegantia ac varietate ingentiq; characterum copia, Latinis scilicet literis, Græcis, Hebraicis, Arabicis & seruaniâ, necnon Chartarum pulchritudine ac bonitate, atq; rebus imprimendi arti necessariis, ceteras Typographias longè antecellit, Viris eruditissimis ad exemplaria (quod caput est) recognoscenda & illustranda selectis. Id quod Typographiam ipsam reddit nobiliorem, in qua Scriptura Sacra, Concilia, Sanctorum Patrum scripta, aliorumq; Doctorum libri, tum Scholastici, tum Scripturales, omnesq; deniq; Codices ad Theologiam Catholicamq; disciplinam, historiasq; Ecclesiasticas pertinentes accurate indies imprimuntur. Et post pauca: Quare ego, cum hac mecum considero, in banc deuenio sententiam, nihil Typographiæ Vaticanæ erectione præclarius & opportunius ad Catholicam fidem defendendam excogitari potuisse. Hactenus Roccha. Non fraudandus tamen est Pius 4. laude sua, qui ante Sixtum prædictæ officinæ fundamenta iecit, quod Onuphrij Panuini in Vita illius, verbis testatum facio: Officinam libris Sanctorum Patrum accurate & integre imprimendis instituit, accito Paulo Manutio Aldi filio, viro tum in ea facultate, tum vario literarum genere claro, qui ei muneri præfuit. Eidem Palatinæ in Vaticano Typographiæ Clemens 8. Aldum Manutium Iuniorum Pauli memorati filium præfecit, postquam annis multis Bononiæ, Pisis, Romæ professorem Eloquentiæ publicum egressus. Obijt is Romæ an. 1597. legatus Pisanæ Academiæ instruatissimum suorum octoginta millium librorum Bibliothecam.

CAPUT XVI.

De Operibus præcipuis impressis.

SEd postquam de arte & artificibus typicæ librorum scriptio-
nis satis esse dictum arbitror, pauca de præcipuis impressis operibus adnecten-
dum duxi, inter quæ principem, me iudice locum facile occupant, Com-
plutensia & Regia Antuerpiensia Biblia, de quibus in superioribus iam ac-
tum est, ac tanti putamus, ut infra historiam utriusque excusionis referre
constituerimus. Istis sacri textus primarijs & multilinguis excusionibus
Augustini Iustiniani è patricia apud Genuenses familia, Nebiensis Episco-
pi, Ordinis S. Dominici Bibliorum editio parùm cederet, imò linguarum
numero superior esset, si præclara eius cæpta, dū lentior distractio impen-
sis non satis facit, non in principio statim in irritum concidisset. Nec enim
ultra Psalterij volumen is conatus processit, quod Hebraicè, Chaldaicè,
Græcè & Arabicè tum triplici translatione Latina & notis marginalibus,
quæ octavam columnam faciunt Genuæ in ædibus Nicolai Iustiniani an-
no 1516. impressit Petrus Paulus Porrus Mediolano ortus, sed Taurinensis
Ciuis. Puto enim falli Iouium, ut in plerisq; alijs, dum in Elogijs præta-
huius operis Volumina impressa esse scribit. Certè Sixtus Senensis non nisi
duos Tomos se vidisse scribit in *Bibliotheca sua*, eorumq; alterum manuscri-
ptum, quo Testamentum nouum contineretur. Psalterij opus illud Leoni
X. Pontifici Maximo inscriptum est. Vti autem Ximenius Cardinalis To-
letanus, & Rex Hispaniarum Philippus 2. maximo merito suo de præfatis
sumptuosis editionibus ingens, & æternum sibi nomen conciliarunt, ita
nec exigua Gregorij 13. laus est, quod eius auspicijs & iussu ingentia illa
Tractatum Iuris Volumina prodierint, quæ excudit Venetijs 25. prægran-
dibus Tomis anno 1584. *Franciscus Ziletus*, dirigentibus & disponentibus
pleraque, ad hanc editionem spectantia, duobus summis illius æui Iuris-
Consultis, Iacobo Menochio, & Guido Pancirolo, Professoribus Para-
uinis. His haud iniuria quis accenseat libros Repetitionum Iuris Ciuilis
nouem Voluminibus incluso. Indice anno 1553. ibidè excusos, ac Tomos re-
petitionū Iuris Canonici. Nec illis multum minora sunt in re Theologica,
Tostati, Dion. Carthusiani, Salmeronis, aliorumq; veterū ac recentiorū e-
normia opera. Sed quis hæc & reliqua numero ferè infinita enarrare omnia
& singula valeat? Illud interim nō præterierim Basileã præter reliquã in hac

arte promeritam laudem hæc etiam prærogatiua inelytam esse, quod Sanctorum Patrum monumenta (his post Biblia Sacra quis principem denegare locum sustineat.) illic primum typorum beneficio lucem aspexerint (auctores tamen sunt Serarius & Beierlingus, Petrum etiam Schôffer Sancti Hieronymi Opera Moguntia impressisse, cuius exemplar extat in Cœnobio Ringauia Ebersbacensi) Ioannes enim Amorbachius S. Augustini Opera, quibus excudendis alijsq; similis monetæ Cymelij publico exhibendis Augustinus Dodo Frisius præfuit, ante omnes in hac v. be. impressit, quem deinde Ioann. Frobenius in efformandis S. Hieronymi operibus adiutus ab Erasmo & Amorbachij's fratribus post Ioannem Reuchlinum, de quo id ipsemet Erasmus testatur, feliciter æmulatus est. Eadem Frobeniana Officina, præter Patres Latinos, etiam Græcis maximè celebris est. In illa enim omnium primò in tota Germania illorum scripta Græcis typis excudi cæperunt, ab Hieronymo Ioannis filio eiusq; sororio & socio, Nicolao Episcopo, factò à S. Basilij Operibus initio, vti Erasmus auctor est in Dedicatoria ad Iacobum Sadoletum Episcopum Carpentorantensem, postea Cardinalem. Nostro autem seculo in recudendis SS. Patrum scriptis magnam præ reliquis coætaneis suis gloriam adeptus est Antonius Hieratus Coloniensis Typographus, qui tot ac tanta huius generis, vt reliqua præteream, publico dedit, vt vix mirari quis satis queat, vni homini ad tam multa & magna præstandum tempus, impendia, laborem suffecisse. Quæ res effecit, vt miraculi huius (ita verè me nominare posse confido) ostendendi causa in calce legendam exhibeam maiori ex parte operum ab illo impressorum seriem, quam hæredes eius imprimi fecerunt, *in principio magni Theatri Beierlingiani*: nam & hic legi digna est, & clarè euincit, quorquot sunt aut fuerunt Calcographi, longissimè ab hoc homine Codicum operumq; numero, vastitate, delectu superatos esse, idq; facilè mihi credent, si qui prædictum impressorum librorum syllabum, cum aliorum catalogis per otium conferre volent. Perutilis enim hoc seculo inualuit consuetudo, vt pleriq; Officinarum suarum Catalogos typis euulgent, quibus & sibi & Emptoribus inseruiunt, vt tum ipsi Excusores merces suas eò citius protrudant, tum & hi instruantur, vbi locorum quæq; sint vestiganda. Hac ratione præter Plantini & V. Vecheli Successores etiam pleriq; alij Bibliopola Veneti, Lugdunenses, Francofurtenses, Colonienses, Basileenses, Antuerpienses, Lipsenses, Hollandi, &c. officinarum suarum indicem proseripserunt. Hactenus tamen in Gallia nonnulli quod miror, rem adeo necessariam neglexerunt, adeo vt nec moniti, pristinam hac in re desidiam & incuriam suam vt deserant, animum inducere possint: cuius consilij non video:

Antonius
Hieratus.

video quid possint probabilis causæ in medium afferre. Certe cum nullibi terrarum, rariorum & exquisitorum ex antiquitate Codicum, quam illic copia prodeat, non alibi etiam maiori eruditorum dispendio ista taciturnitatis contumacia peccare potest.

CAPUT XVI.

Comparatio primitiua & hodierna Typographia.

Sed ut exitum tandem habeat hic calcographicus discursus noster, duo mihi dicenda restant, quibus utcūq; expeditis, vela colligam & nauim subducam. Illorum prius erit cōparatio hodiernæ typographiæ cum primis ⁶⁹ ~~omnibus~~ incunabilis; alterum responsionem continebit ad criminationes huius cœlestis inuenti. Differentia igitur illa in diuersis consistit, ac primò in ^{1. Differentia.} ~~in~~ typorum difformitate, qui primitus ut ex illis, qui sub id tempus excusi fuerunt codicibus, apparet, rudiores fuere, quiq; manuscriptas literas imitarentur, nec minus ac illæ crebris & continuis compendijs & abbreviaturis impeditæ essent. Verùm vtraq; illa deformitas dudum intermissa est, & valere iussis contractionibus istis, tanta cum tempore enata est characterum elegantia, ut dubitare nemo debeat ad summum vsque fastigium hanc artem euasisse. Hæc autem præ reliquis omnibus dudum Aldi Romani, nuper Plantini laus fuit, quorum posterior etiam argenteis fusilibus literis vsus fuisse traditur. Sed non hæc sola eius viri, nec maxima gloria fuit. Pluris enim æstimatur correctionis accuratio, quæ à nullis vbiuis gentium Excusoribus scrupulosior adhibita aliquando reperitur, aut deinceps institui poterit, adeo ut laudabili, nec cuiquam bonorum reprehendenda fiducia, ad lectorē excusi Indicis librorum, qui ex illa officina prodierunt, alloquium fiat, & causa reddatur, cur illos etiam Catalogo suo inseruerint libros, quos dudum distractos venales amplius penes se non habeant. Tuo, ait Indicis Editor, in primis bono, Lector: cuius referre arbitramur omnes & singulos typographia huius Codices nouisse. Nam licet multorum copia penes nos haud supersit, forte in alienis bibliopotijs, aut saltem publicis priuatissq; bibliothecis reperire eos licebit: ut si quando typographi alicuius incuria eos ipsos recudendo deprauauerit, ad Plantiniana editionis exempla (absit inuidia vti abest iactantia) velut optima nota Archetypa in ordinem redigas atq; emendes. Memorabile sane est quod de Plantino referunt, quod ne doctissimis quidem, quibus semper instructus fuit, Correctoribus, aut etiam ipsimet sibi, licet huius rei oculissimo & assiduo, satisfusus, publice exponere solitus fuerit, reuisa priuatim exemplaria, prius quã

2. differen-
tia.

illa præli pressura multiplicarentur, & transeuntium de illis iudicia experi-
riri, Appellis ferè exemplo, voluerit: proposito etiam præmio, vt pro
numero errorum, quos quisque obseruasset, muneratus discederet. sed mis-
sa hac digressionè ad propositum reuertamur. Secunda igitur differentia
primæ & hodiernæ Calcographiæ in politura & emblematis consistit:
fuisse enim antiquitus simpliciore & minus venustam Typographiæ faci-
ciem, ex ijs qui supersunt Codicibus videre est. Et si enim in principio, quæ
scriptis libris mangonizandis adhiberi consueta erat miniatura, etiam ad
impressos translata fuerit; tamen celeriter illa vt pote operosior & plurimū
temporis absumens, desijt, postquam venditores animaduerrissent, merces
suas etiam isto lenocinio destitutas, facile emptorem inuenire. Hinc eue-
nit vt plurimi adhuc supersint Codices primæuo illo tempore excusi, qui-
bus Capitales quæ vocantur literæ penitus absunt, eò quod impressoribus
propositum fuisset, absoluta excusione illas è minio adijcere, quod post-
modum, festinata in auidos emptores distractione, integrum non fuit: pro-
ut etiam non paucos illorum temporum reperias, quibus miniaturæ illius-
modi initiales literæ non typorum, sed pennæ ministerio ac pictæ conspi-
ciuntur: Vt autem ab ipsis titulis & inscriptionibus incipiam, nihil hoc tē-
pore, vt publicè scimus, librorum frontispicijs pulchrius est, quando vix a-
licuius nominis & pretij liber exit, qui non calcographicarum imaginum
Emblemata præferat (hoc nouitium admodum institutum est, & nostra
demum memoria vsurpari cœptum) ac præterea librorum contenta co-
piofissima ferè rubrica proseribat, licet fatendum sit, vt est omnium re-
rum abusus & ambitus, quod iactantior & ventosior titulatura, credulos
emptores subinde miserè decipiat. Contra si primæuos Codicos inspicia-
mus, vel nullas vel icinas prænotationes illorum inuenimus, quod exem-
plis probare velle superuacua curæ fuerit. Non autem sola Librorum, vt
ita dicam atriæ picturæ istæ & venustulæ vermiculationes hoc tempore
insident, sed ipsa etiam impressarum Codicum penetralia, si eius generis
sint, vt ab hac arte illustrationem desiderent, dudum inuasent & obti-
nent, vt hodie stirpium, historiarum, Geographiæ, Astronomiæ, Archite-
cturæ, Antiquitatum, Nauigationum, Numismatum ac Anatomix simi-
liamque materiarum libristabularum & Iconum effigiatione accuratissi-
mis nil formotius & absolutius cogitari possit: His enim vetera collata
monstra mera & portenta videantur. In hac autem arte, Calcographicas
tabulas cum ipsis typis artificiosè & venustè sociandi, inter reliquos *Satleri*
apud Bauarum principem, *Ambsterodami, Hondius & Iansonius*, *Herbi-*
po-

Satler,
Hondius,
Iansonius,
Hulsius,
Bryans,
Merian.

poli *Lavinus Hulsius*, & *Francofurti* hodie post *Fratres Bryæos* successor
 illorum *Matthæus Merianus*, præter complures alios partim floruisse, par-
 tim etiam nunc excellere videntur, extantq; tot ac tam egregia hodie eius
 generis elegantissima opera, vt vel singula si antiquitus extitissent, miraculi
 loco haberi, ac plus quam *Phidæ* aut *Myronis* Statuæ *Apellisue* & *Pro-*
togenis tabulæ quemq; locum insignire potuerint, nisi ipse sibi numerus &
 multiplicatio obstaret, nec enim nisi raritas & insolentia in admiratione ef-
 se consuevit. Huius generis sunt *Ortelij* orbis terræ, & *Hogenbergij*, *Brunique*
Vrbium Theatra, *Mercatoris* Atlas, *Spigelij* libri *Anatomici*, *Golizij* & *Iacobi*
Biai antiquitates & numismata, *Eistetenis* hortus & diuersorum herbaria, *Atlas*
Da&lyotheæ Gordonij, *Raderi* *Bauaria* sancta & pia, *Hieron. Natalis* *Meditat.*
in Euangel. Imagines illustrium *Gallæ*, ac numerosæ diuersorum *Iconogra-*
phiæ, *Bertij*, *Ptolomæus*, *Meriani* *Romanæ* antiquitates, *Archontologia*, a-
 liaq; diuersorum eiusdem generis propè innumerabilia. Inter hæc vel in pri-
 mis eminent cælestes ac terrestres illi globi, quos *Belgarum* ingenia & ma-
 nus orbi communicant, quibus hæctenus sol' absolutius & elegantius
 nihil vidit, quorumque ope & manuductione, non tantum vniuersi
 terrarum orbis vastissimum ambitum, sed ipsa etiam infinita cæli stel-
 lati spacia, in *Musæo* tuo residens & quiescens, emeriti & peruagari, ac
 in rem quod dicitur præsentem ire possis. Hæc enim si *Mercurij* alicuius
 ductu ab inferis reduces conspicerent, quibus olim pictos ediscere mun-
 dos volupe fuit, plane in aliam, quod dicitur, orbem se delatos arbitratu-
 ri essent. Globorum istorum Cæli terræque imagines representantium
Gerhardus Mercator *Rupelmondanus*, ni fallor, Inuentor, vel certè sin-
 gularis excultor & perpolitor primarius habetur. Artem autem æris in-
 cisoriam *Typographicæ* æmulam & exornatricem, quod mihi, cum an-
 te hac deliteris scriberem, necdum innotuerat, primus reperisse traditur
Franciscus à Bocholt, *Montensis Ducatus* Opilio, cui successerit *Is-*
rael à Meckenich ex *Effilia* ortus, & *Martinus Stockius*, præceptor
Alberti Dureri, vti ex *Chronica* *Sebastiani Francken*, & *Matthiæ Qua-*
di *Germania*, scribit in *Itinerario Teutonico* suo *Martinus Seilerus* *Carin-*
thius. Incidendi arti successit ars alia cognata recentior, æreas tabu-
 las & laminas arrosuis liquoribus ad eisdem excusionis siue impres-
 sionis vsus inscribendi, & sculpturæ vice excuandi, quod *Commen-*
tum defertur eodem referente *Quando ad inuentores IOANNEM*
& LVCAM fratres germanos cognomento à *Dorecum* natali oppi-
 de, quod *Gelrici* Iuris est in veterum licet *Saxonum* finibus, quibus
 vniuersus *Zurphaniensis Comitatus*, cuius illud pars est, continetur ad *Isalā*
 vsque

Ortelius,
Hogenberg
Brunius,

Atlas
Mercato-
ria.

Francisc.
à Bocholt
ari incidē-
di inuen-
tor.

3. differ.

vsque fluium antiquitus extensis. Sed in viam redeundum est. Ad hanc igitur veteris & hodiernæ calcographiæ differentiam etiam retulero, quod primordiales illæ antiquorum impressiones, ferè nomen Typographi locum ac tempus, quibus publicum aspexerant, adscripta non habebant: atque cum paulatim illa usurpari deinceps inceperunt, in calcem libri reijciabantur, tumq; simul inualuit, vt signum suum, seu, vt vocant, scutum, quisq; appingi rudi satis Minerua faceret, vt in quamplurimis libris, quos huius artis infantia progenuit videre est, vnde in plerisque eius temporis impressorum Codicum clausulis illud passim occurrit: *Suis consignando scutis*. Hæc magna ex parte hodie intermittuntur, in quorum locum certa Emblemata & Imagines apud aliquos successerunt, cuius generis sunt *Circinus* Plantinianorum, *Frobenij Caduceus*, *Gymnici Monoceros*, *Vvechelianorum Pegasus*, *Grus* Episcopij, *Iuntarum Lilium*, *Birckmannorum & Mylij pinguis Gallina*, *Parisiensis Societatis Navis velifera*, *Hierati Gryphus* &c. Pari ratione cum paulatim antiquiores Typographi Epistolas & præfationes adijcere instituerent, in capitibus operum illis locum adsignare diu renuentes ad extrema illas reiecerunt, quo ordine deinceps felicius immutato plurimum legentium commoditati his & similibus succursum est. Rarus enim hoc tempore seu veteris, seu nouitiz monetæ liber exit, cui non præter eiusmodi præliminates ad Lectorem alioque, quorum id honori datur, allocutiones etiam summaria vt vocant seu Synopses, Auctorum allegatorum Catalogi, rerum & materialium Indices, marginales notationes, capitum Lemmata seu inscriptiones, aliaq; similia accedant, quorum omnium vsum & necessitatem non auinet pluribus commendare. Sed & in numero & multitudine exemplarium nostri temporis Typographicos labores, à veterum instituto haud parum distare opinor, cum hodie in mille & amplius Exemplaria plerumque se extendat impressio, quæ olim intra multò minorem numerum consistebat, necdum facto experimento vendibilitatis: idque vel hinc satis arguitur, quod vetustissimarum impressionum adeo rara supersunt exempla, etiam illarum, quæ membranis illitæ fuerant, & temporis dispendia minus metuere poterant.

4. differ.

Hanc autem in excudendis exemplaribus raritatem, *Benedictus Arias Montanus*, in ipsis etiam Complutensibus Biblijs animaduertit. Huc etiam referri possunt *Cæsarea* illa regum ac principum & rerum publicarum Priuilegia & prohibitiones, de non præcipienda intra certos annos ab alijs impressorum refectione, quæ res, vti plerumq; salutaris & necessaria est, ita nonnunquam nulli vsui seruit, sed ad solum ambitum & ostentationem obtinetur, Extat certè hac de re, seu potius abusu eius, paulò quidem ob-

5. differ.

scæ-

B. Arias
Montanus.

scæ-

scœnior, non inappositus tamen aut illepidus apud Zincgrauium in Ger- 6. Differ.
 manicis Apophthegmatis Georgij Michaelis Lingelsheimij Cõsiliarij Pa- 7. Differ.
 latini iocus. Sed & multiplex typorum diuersitas & varietas, hodie Typo-
 graphiam mirificè exornat, præ rudibus illis & simplicioribus huius artis
 principijs, cum vna sæpè pagina eius generis decem, duodecim aut amplius
 conspiciendas exhibeat diuersas species. Illarum vsus, præter elegantiam &
 speciositatem, non exiguus est, præsertim in distinguendis à textu allegatio-
 nibus, quo commodo & legentium tœdio succurritur, & non paruum tẽ-
 poris fit compendium, dum quoties libitum est his prætermisissis illi soli in-
 tendi potest. Quis autem Typographorum Literas Italicas, quas vocant *Sine cursi-*
 omnium primus vsurparit, non facillè dixerim, nisi quod ad Aldum illas re- *vas*
 ferre non nimis absurdum fortè fuerit: Dudum enim est, quod vsus eius-
 modi Typorum introductus fuit. Denique quod ipsa etiam Bibliopolia 8. Differ.
 attinet, & librariæ mercis distractiones, omnia dudum præ verustis illis &
 primitiuis temporibus in maius excreuerunt, quando quidem præter supe-
 rius memoratã Francofurtensem librariæ negotiationis panegyrim, vti toto
 orbe celeberrimam, ita cunctis retro sæculis inauditam, reliquæ etiam pau-
 lò florentiores Europæ Urbeshis Chartaceis negotiationibus multũ ce-
 lebrantur & ditescunt, vti documento sunt Colonia, Basilea, Antverpia,
 placet enim de pluribus nominare paucas, nec extra Germaniam, Parisios,
 Lugdunum, Romam, Venetias, &c. huius negotij ergo in rem quod dici-
 tur præsentem peregrinari. Huiusmodi autem Bibliopolia antiquitus, ac
 nominatim quantum reperio ante annum secularem 1500. nec Francofurti
 nedum alibi fuerunt, ita enim ad Aldi senioris Epistolam inter philologicas
 à se editas emissam notat Melchior Heiminsfeldius Goldastus, Germani-
 cæ antiquitatis scientissimus polyhistor. Non parum autem Librarium hoc
 commercium iuuant & promouent Catalogi illi librorum, qui singulis nũ-
 dinis excudi, & per omnem Europam volitare & dispergi consueuerunt:
 Cuius moris originem Simlerus in *Bibliotheca sua præfatione* adscribit Geo-
 gio Willero Bibliopolæ Francofurtensi, quem ante aliquot annos, id est *Georg.*
 suo tempore, tale compendium fuisse commentum anno 1574. scribit, vt *V. Viller.*
 omnino circa annum 1570. aut aliquanto citius cœpisse videatur: Ne tamẽ
 nimium nobis nostra placeant, fatendum est in aliquibus hoc æuo artẽ hãc
 à primæuo splendore suo & dignitate non nihil vicissim defecisse, qua de re
 videri poterit Henrici Stephani querela, cuius supra memini, quam tamen
 mihi necdum videre datum est. Adscribam autem Angeli Rocchæ de eadẽ
 re verba, quæ extant in Append. Bibl. Vaticanæ pag. 412. *Vt cumque autem sit,*
inquit, Typographia non solum à nobilibus & eruditis viris ac doctissimis quidem fuit
inuenta,

inuenta: sed etiam ab huius generis hominibus diu exculta: Hac autem tempestate, in qua per totum ferè terrarum Orbem vilissimus quisq; , per paucis exceptis, egenus prætere a nulliusq; eruditionis homunculus eam illotis tractat manibus, spe tantum lucri & Mercatura exercenda gratiâ ductus. Hinc factum est, vt soli ferè Mercatores, quorum multi nullum norunt literarum elementum, pauperrimis hanc artem hominibus exercendam committant, questum inde omnem desumentes, & non nisi labores Literarij concinnatoribus, qui & Cõpositores dicuntur, nec non ijs qui prælo præsunt & Torculares vocantur relinquentes. Correctores insuper vel satis mediocriter eruditi, ob tenuissimam mercedem ad corrigendi artem eliguntur, vel si eruditi sint accurati esse non possunt ob ingentem sarcinam humeris imparem, quam tamen sponte susceperunt, vt die nocteq; ad laborantes victum quotidianum sibi comparare queant. Id quod etiam Compositoribus, Torcularibus ac Proto cæterisq; huiusce artis operarijs euenire solet. Dirigitur lucri cupido, pace honorum dixerim, hanc nobilissimam artem & omni laude dignam deturpauit, vilissimamq; reddidit. Quamuis autem hæc ars à pristino splendore illo degenerauit. Characteribus exceptis qui nunc pulchriores sunt, & in maiori extant varietate, addito item multarum rerum ornatu, non defuerunt tamen nostræ ætate viri eruditissimi publicam utilitatem ad amantes, & honorem magis quam questum sectantes, qui ipsam diligenter excoluerunt, & in maximâ conseruarunt existimatione. Ita Roccha, qui licet à vero non vsquequaq; aberrarit, dubitari tamen nequit fuisse & olim minorum gentium impressores, qui æque ac hodie, plerique lucrum potius quam potiora spectarint, nec satis ex decoro hoc artificium exercuerint.

C A P V T XVIII.

Defensio Typographiæ contra obrectatores.

REstat vt Typographiæ Calumniatores breuiter retundamus, quorum aliqui eo vsque progrediuntur, vt dubitare videantur satiusne fuerit hanc artem perpetuùm latuisse, quam inuentam esse; ac plusne incommodi quam boni ex illa ortum fuerit. Verum isti homines nimis contemptim & imperitè de re longè utilissima & necessaria iudicant, ac indigni planè sunt, qui diuini huius inuenti, cuius reprehensores existunt, beneficio, ad aliquem eruditionis & famæ gradum emerferint, ideoque nec nominatione illos hoc loco dignabimur. Esse huius artis, vt omnium bonorum rerum, vna & sola virtute eximia atque excepta, ab usum nemo sanus negauerit, ac satis id mature animaduertit. Catholica Ecclesia, & eius.

eius summus in tertis Præses Romanus Pontifex, eaque de causa in Lateranensi sub Leone decimo Romæ habito Concilio generali, quod post inuentam illam proximum primumque fuit, fraudibus & imposturis maliciosorum hominum, ob quorum scelera innocens & salutare artificiam malè audire ceperat, maturo consilio obuiam itum est. Idem deinceps in Tridentinâ Sacrosanctâ Synodo sub Paulo 3. Summo Pontifice actum & repetitum fuit, cuius iussis si ubiuis probè obtemperaretur, non esset ut quis è Typorum ministerio mali & incommodi aliquid formidaret. Haec tenus igitur Criminatores Typographicos toleramus, ut liberum esse oportere censeamus, hominum hoc artificio malè & peruersè vrentium mores reprobos & perniciosam vafritiem Hypponaæto præconio deprædicare, pœnarumque obicibus coercere, & in ordinem cogere, dummodò Turcici Tyranni exemplo rem ipsam per se honestam & multum frugiferam, non statim eadem operâ damnent, interdican & execrentur. Extant quidem diuersorum de abusu huius artis querelæ & inuectiuæ, quos non imus hoc apologetico Epilogo condemnatum, sed iustas potius illis causas fuisse fatemur, eiusmodi querimonias instituendi, quorum vel princeps videri possit Henricus Stephanus, qui peculiari opere anno 1569. publicato in malos ac indoctos Typographos & Correctores inuectus est. Sed antiquior Stephano Sipontinus Pontifex Nicolaus Perottus doctissimus vir sub ipsum enatæ Typographiæ tempus in principio libelli sui ad Franciscum Guarnerium in Plinij præfationem historiæ naturalis scripti in abusum huius artis satis acriter inuehitur, quanquam is non tam ipsos Typographos, quam librorum veterum sub Correctorum nomine Corruptores ac malos criticos perstringat. Culpa tamen illa in ipsos etiam Typographos, quod talium operâ vtratur, errata publicent ac diuulgent, non minima ex parte redundat. Totum locum in Lectoris gratiam appono, sunt enim rariores huius auctoris Codices, neque passim & ubiuis obuersantur, ut discamus statim cum arte ut tolet fieri, enatam esse malè illa vtendi tralatitium, sed pessimum morè, Solebam, inquit ille, nuper etati nostræ gratulari, mi Franciscæ, quasi magnum quoddam ac verè diuinum beneficium hac tēpestate adepti essemus ob nouū scribendi genus è Germania nuper ad nos delatum. Videbam enim tantum vno mense ab vno homine hoc tempore imprimi literarum posse, quantum vix toto anno scribi alias à pluribus potuisset, quod vno versu Campanus noster Aprutinus Pontifex elegantissime scripsit: Imprimis ille die quantum non scribitur anno. Ex qua re tantam breui tempore librorum copiam sperabam, ut nullum superfuturum esset opus, quod vel ab inope atq; egeno homine posset amplius desiderari. Hinc fore existimabam ut vigerent indies magis ingenia hominum, & florerent studia literarum, omnesque ad capeendas præclaras

arrestant a librorum commoditate allicerentur. Tam verò (ò vanas hominum cogitationes) longe aliter quam sperabam video rem succedere. Nam cum liceat unicuique pro libidine animi sui quacunque velit imprimere, fit vt omnis sepe numero, quæ optima sunt, ea scribant placendi gratia, quæ obliterari potius ac deleri ex omnibus libris deberent; & si quid scribunt boni, ita peruertant atque corrumpant, vt melius sit his libris carere, quam in Exemplaria mille transcriptas per Orbis omnes Prouincias mittere, vt scilicet studiosis occasio detur tot mendacia legendi. Quippe satius est vera ignorare quàm falsa perdiscere: quemadmodum tacere verum minus peccatum est, quam mentiri. Huius autem rei causa est non tam inscitia eorum qui imprimunt, quam negligentia, nequid grauius dicam, quorundam, qui se Correctores & Magistros Veterum Librorum constituunt. Hi enim dum falsa existimant quæ parum animaduertunt rectè scripta, & de summorum virorum operibus sententiã temere ferre non dubitant. O rem indignam in qua non modò graues viri & prudentes, sed etiam qualescunque studiosi merito perturbantur. Non est facile ab his recedendum, quæ passim scripta reperiuntur, nec cum primum difficultatis aliquid occurrit, errori adscribendum est. Non rectum iter relinquendum, vt deuios sequamur anfractus, nec plana deserenda sunt, vt per præcipitia labamur: alioquin quæ stultitia est tantum studium, tantam curam, & (vt ita dicam) tantam sollicitudinem adhibere, vt doctissimorum virorum libros deprauet. Neque me ita ad te velim existimies scribere, quod eorum labores damnandum putem, qui hanc corrigendorum librorum Prouinciam sumpserunt, quin potius laudo doctrinam eorum, laudo studium, laudo laborem: sed quatenus modum non excedunt, hoc est, quatenus nihil addunt de suo, sed vel alijs Exemplaribus, vel sententiã ipsius Auctoris alibi clariùs expressa, vel eius scriptoris à quo id sumptam est auctoritate vel explicata alicuius imitatione, vel alterius lingue veritate aliquem locum emendant: quod nos nuper in Mario & Papinio fecimus. Remedium deinde huic malo suggerit valde salutare: quod vtinam vbiuis in actum & obseruantiam deducatur, estque tale: Prouisio autem, inquit, facillima est, vt auctoritate Pontificis Maximi, vnus aut alter huic muneri præficiatur, qui & imprimendorum librorum legem Impressoribus præscribat, & adhibeat aliquem mediocriter peritum, qui singulas quasque tabellas ante impressionem examinet atque emendet. Summo præterea studio curet ne primi illi Correctores augurari aliquid temere ausint, sed modum quem ante diximus seruent. In his acre sit ingenium, singularis eruditio, incredibile studium, summa vigilãtia. Hoc si fiet, & multos habebimus libros & integros, in nulla re pulchrius, in nulla re dignius vti potest, beneuolentia Principis tui. Ita Sipontinus tempore Sixti 4. Max. Pont. ad Nepotis illius Marci Barbi Cardinalis Vicentini familiarem scribit: cum cuius suggesto remedio ferè conueniunt Lipsianæ in venustissima de Criticis Satyra publicatæ leges, collimantque ad eundem scopum diuersi aliorum è Doctoribus discursus, monita, & querelæ. Plura autem huius generis vteriori

riori congestione non accumulo, sed ad propositum reuersus male vtentium vitio bonæ rei dignitati nihil decedere statuo. Ac possumus certè iure optimo gratulari nobis quotquot librorum studio, doctrinarum desiderio, & eruditæ famæ amore ducimur, hisce potissimum nos in lucem datos esse temporibus, quibus maiori commoditate, quam vnquam ante hac, res literaria & quarumcunque facultatum ac disciplinarum studia coli ac tractari possunt, adeo vt qui hodie in eruditionis & scientiæ profectu sibi alijsque non satisfaciunt, nil aliud quam stuporem aut ignauiam suam inculcare possunt, ac putidum sit velle huc diuersorum præclaras rei laudatissimæ prædicationes adscribere, quas passim videre & reperire est. Vnicum tamen adferam Erasmi Encomium in præfatione Tusculanarum ad Vlatenum qui ait. *Quamobrem mihi sæpe videri solet inter omnia qua in vsum vita mortalium industria reperit, nihil esse vtilius, quam vsum litterarum, neq; vllam artem præstantiorem officio typographorum. Quid enim felicius, quam cum eloquentissimis simul & sanctissimis viris, quoties lubitum est, confabulari, neque minus habere perspectum illorum, qui ante tot annos vixerunt, ingenium, mores, cogitationes, studia, facta, quam si multis annis egisses cum illis consuetudinem.* Ita Erasmus. Quod si Richardi de Buri; Dunelmensis in Angliâ Episcopi, & eiusdem Regni Cancellarij tempore (fuit autem Petrarchæ Synchronus, vt ex illius Epistolis patet) cuius extat *de amore librorum aureolus libellus*, vel etiam magni illius Theologi Ioannis Gersonis, Cancellarij & Doctoris Academiae Parisiensis, qui de *laude scriptorum* (Librarij ab eruditioribus vocantur) tractatū edidit, typographicum hoc libros scribendi genus industriâ inuentorum prodijisset, an non putamus: vt rumque præ gaudio extra se raptum fuisse? Vterque certè pro infinito suo erga studia & literas affectu indiuiuæ artis Encomium ingenij habenas laxasset, cuius beneficio immensum suum rariorum & melioris notæ Codicum desiderium adeo largiter explere illis datum esset. Nam quæ Gerson in prædicto Opusculo suo, in librorum descriptores laudes congerit, illæ pleræque Typographorum sedulitati comperunt, quorum peculiaria deinde sunt & alia verè admiranda merita, & laudum trophæa, quæ profectò vir ille, vt erant ea tempora longè doctissimus, nequaquam fuisset præteriturus. Scribit alter ille quem dixi Episcopus Anglus, *Quoties Parisios delatus esset quos mundi Paradisum appellat, maximum fluminis impetum voluptatis eorum suum letificasse, semperq; sibi dies paucos præ amoris magnitudine visos esse.* Causam deinde exultationis & gaudij sui addit, non Urbis magnitudinem, populositatem, pulchritudinem; non Aulæ Regalis magnificentiam, luxum, splendorem; non omnis generis lautitiarum infinitam copiam; sed quod *Bibliotheca iucunda supra cellas aromatum ibi redolerent, quod virens viridarium vni-*

uerforum voluminum inestimabilem ibi spiraret fragrantia. Ideoq; se Theſauris aper-
tis & ſacculorū corrigijs reſolutis pecuniam leto corde diſperſiſſe, lutoq; & arenā libros
redemiſſe, ait impretia: les. Quid hic homo non ſcripiſſet? quid lætabunde ex-
ultans non exclamaſſet, ſi vel Francofurtum illud Orbis terrarum commu-
ne maximè quoad Librariam ſupelleſtilem, emporium, vel etiam quam-
cunque aliam ad urbem hac doctrinarum merce paulo inſtinctiorem de-
ueniſſet? imò ſi in Angliā ſuā reſidens & quieſcens, quoſcunque libitum &
placitum fuiſſet libros, ſibi ex omni Europā coëmi & aduehi curaſſet? Cer-
tus equidem ſum, quod præcipuam & potiſſimam operis ſui partem in hu-
ius artis incomparabilis commendatione conſumpſiſſet, & honorum om-
nium Datori DEO OPT. MAX. immenſas egiſſet gratias pro hoc cœleſti
ſuo in homines literatos, vel potius vniuerſū mortaliū genus collato bene-
ficio. Quod igitur ille veriſimiliter facturū fuiſſet, idem & nos cenſeo facia-
mus: nec ſumus, vt ſolet ferè hominum, ſiue incuria, ſeu malitia, pro diuinis
muneribus ingrati, ſed ad honorem ſuperni Numinis, publicamq; vtilitatē,
& ad felicitatē temporis & æternitatis, rectè illis vtamur, & beatè fruamur.

HISTORIA IMPRESSIONIS BIBLIORVM COMPLVTEN-
ſium ex Aluari Gomezij lib. I. de vita Franciſci Ximenij Cardinalis & Archi-
epiſcopi Toletani.

ERgo intentionem ad ea conuertit (Ximenij Cardinalis) quæ iam dia
animo meditabatur, intelligebat ſanè vir prudens ſacrorum volumi-
num lectionem, quæ Biblia Græco nomine paſſim appellantur, cunctis qui
Sacris initiati ſunt, ſed præſertim Theologis maximè eſſe neceſſariam, nul-
libique magis eodem illos rerum Theologicarum ſtudioſos dormire,
quam in ea verſanda tractādaq; idq; potiſſimum è trium linguarum igno-
ratione prouenire Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, quibus non ſolum quic-
quid ſcitu dignum eſt, in omnibus diſciplinis profanis eſt proditū, ſed ſacra
omnia continentur. Diuinabat homo prudentiſſimus in tanta hominum
noſtrorum inertia diuinā literas negligentium, impios homines quam pri-
mum exorituros, qui earum lectione armati, & ad ſuos affectus detorquen-
tes Chriſti Eccleſiā, auſu quidē nefario & immani, à noſtra tamē imperitia
profecto impugnare & euertere tēarent. Quin antiquiſſima quæq; Chri-
ſtianæ religionis tempora ſecum reputans, diuina prouidentia ita factū eſſe
videbat, vt quemadmodum à prudentibus Imperatoribus ex hoſtium, cum
quibus dimicant, pugnandi natura, ratio & conſilia ſumuntur: ita quoq; ad-
uerſus dæmonū artes, qui ingenijs humanis percallidè abutuntur, remedia
quoq; ex eodē fonte petenda eſſe, Chriſtus enim Opt. Max. vnde omnis ſa-
pientia ad homines emanat, ſanctos Eccleſiæ Chriſtianæ Patres, per quaſ-
dam

dā doctrinarū vicissitudines, aduersus emergentes hostes cōuenientibus ar-
 mis prudentia sua instruxit. Ximenius qui ex publica morū corruptela, ipso-
 rumq; adeò religionis principū immoderātia vulpeculas aliquas in occulto
 nutriti cōiectabat, quæ vineā mysticā cum minus expectaretur, demoliri
 tentarēt, neq; ad id aliundē comparato præsidio; quā ex sacrorū voluminū
 perperam intellectōrū promptuario, non abs te timere cœpit, ne nostri im-
 parati & in vtriusq; testamēti libri ternis columnis per singulas paginas sunt
 distincti. Prima Hebraicam lectionē tenet, media vulgare qua nūc vtimur,
 tertia versionē Græcā LXX. Interpretū, translatione etiā latina illustratam.
 In margine verò interiori, ne quid desideretur, Chaldaica quā vocant para-
 phrasī subiecta est, latina versione è regione apposita. At nouū testamētū,
 Græcā lectionē quā emendatissimā & vulgare translationē habet. Additū
 est postremū volumen Hebraicā dictionū eruditū & copiosū Onomasticū
 ab eius linguæ peritis valdē laudatū. Id in aliquot Bibl. huiusmodi libris,
 quorundā incuria, qui eos asseruādos susceperant, nō sine graui iactura de-
 sideratur. Res fuit cū primis operosa & magnifica, & quæ nō modo tā ingē-
 tem principē, sed etiā ingentis animi virū, ad difficultates inanes euincēdas
 rem tam arduam comitantes requireret. Accersuit cōtinuò ad se homines
 vtriusq; literaturæ peritissimos, Demetriū Cretensem natione Græcū, An-
 tonium Nebrissensem, Lopidem Astunigam, & Ferdianū Pintianum Græ-
 carum literarum & latinarum professores, quorū scripta & studiosa monu-
 menta passim nūc in manibus habentur. Alphonsum Medicū Complutensē,
 Paulum Coronellū, & Alphonsum Zamorā Hebræarū rerū consultissimos;
 qui cū olim inter suos publicas scholas fuissent moderati, tū Christianæ fi-
 dei sacris ex animo susceptis Ecclesię Orthodoxę domestici & alumni essēt,
 meritò ad tantum negotiū à Ximēnio sunt vocati: quod illorū virtuti, erudi-
 tioni & constantiæ meritò est cōmissum. Cum his viris de suo consilio ser-
 mones cōfert, liberalissimè impensas promittit, & singulos præmijis propo-
 sitis priuatim inuitat. Ante omnia festinandū admonet, ne, vt sunt res mor-
 tales caduæ & fluxæ, aut illi patrono ad eam rem prōptissimo, aut ipse tam
 accommodis adiutoribus priuaretur, quorum præsentiam & operam plu-
 ris, quam vllas pretiosas possessiones aut diuitias æstimaret. Accenduntur
 cūcti, Ximēnij verbis eruditissimis cessatū: cōquisiti sunt vndiq; vtriusq; te-
 stamenti verustissimi codices, ad quorum fidem castigatio excudendorum
 fieret, & vitiosa loca sanarētur, & quæ dubia & obscura essent, illustrata col-
 lūcerēt. Sed potissimū adiumento fuerunt Bibliothecæ Vaticanæ veneratæ
 antiquitatis apographi, quorū copia per Leon. X. P. M. benignissimè Xi-
 mēnio facta est, cuius iā tū magnificentiā demiratus, cœpit hominē in magno
 pretio

et ab eo die
 donec manus
 ultima fuit
 in paxta ni
 hnt est a vi
 nis

pretio habere & eius consilium, quamuis in vltimis terris positi, quoties reip. Christianæ negotia postulabant, in rebus arduis requirere, LXX. tamen translationis explicatio partim ab aliquot Academia Complutensis eruditissimis hominibus, qui iam tunc sub Demetrio & Pinciano præceptoribus in Græcis literis non vulgariter profecerant, partim à Demetrio, Pinciano, & Astuniga, ad eum feliciter confecta fuit, ut nihil à LXX. interpretibus iuxta Græcam eruditionem sit dictum, qualia per multa apud eos habentur, quod à nostris in tanta breuitate fuerit prætermisum. Fuit inter hos ad hoc munus vocatus Ioannes Vergara, cui libri, quos vulgo Sapientiales vocant (ut ab eo sæpius audiui) explicandi sunt commissi, in quibus multa, quæ in vulgata translatione difficilia esse videbantur, in antiquam lectionem restituit: nihilque magis seni, cum otio fruebatur, sibi dicebat in votis esse, quam librum Ecclesiastici (quem Panaretum vocant) Scolijs aliquot illustrare: Sed tardauit præclarum institutum incommodissima valetudo. Durauit ab hoc anno qui M. D. II. Christi nati fuit, annos continuos plus minus quindecim de Sacris Biblijs edendis cura: ut penè cum Ximenij vita, finem quoque editio suscepit. Vbi si per partes narrandum esset, quantum laboris exhaustum sit, quantum tædij & fastidij deuoratum à viris illis operi præfectis, in exemplaribus excutiendis, quamque multiplici & ardua negotiorum mole Ximenius interim alio euocaretur, nimium profectò in eis dicendis immoraremur. At illud vnum quod ad impensas à Ximeno in ea re absolenda factas pertinet, reticendum nequaquam est. Septem Hebræa exemplaria, quæ nunc Compluti habentur quatuor millibus aureorum, ex diuersis regionibus sibi comparasse Alphonsus Zamora Hebræarum literarum professor sæpenumero referebat: ut interim de Græcis & Latinis taceam, quorum illa ab vrbe Roma, hæc tum ex peregrinis locis, tum ex varijs in Hispania Bibliothecis, ab octingentis fermè annis characteribus Gothicis scripta magnis sumptibus Còplutum sunt delata. Iam verò Chalceographorum & scribarum salaria, doctorum hominum non vulgaria præmia mercedes inter nuntijs propositas, quibus ad Codices vetustos adipiscendos utebatur, assiduam denique subministrantium cateruam, quam ad res quæ inspirato emergebant expediendas sustentabat, & mille alia, quæ longum esset referre, si bene quis ratione subducta numeret, quinquaginta millia aureorū & amplius summam conficiet, quod & maiores natu frequenter dicere audiui. Hac tandem diligentia & auctoritate & liberalitate opus illud absolutissimum prodijt Leoni X. Pontifici Max. dicatum, cum in testimonium grati animi, tum quod vniuersa, quæ ad sacrarum literarum illustrationem pertinent, nemini magis quam Romano Pontifici, penes quem tota Christi-

stianæ

stianæ Ecclesiæ auctoritas est, consecrari & efferri debeant. Opus me her-
 clè miraculo par, & cuius tanta apud omnes qui vbicunque terrarum in sa-
 cris literis versantur veneratio est, vt ad Complutensium Bibliorum exem-
 plum quicquid alicubi excuditur certatim reuocetur; & in sapientissimorum
 virorum scriptis, quoties de lectione sacra controuertitur, testimonia ab eis-
 dem petita prouerantur. Hoc ergò, quod diuini beneficii loco ego quidem
 reponendum arbitror, signo dato, mentis nostrorum hominum atq; ad eò
 mortalium cæterorum, ad sacras literas tractandas sese conuerterint, ac ve-
 lut è longo veterno ad sacra mysteria perscrutanda euigilarunt. quæ, vt in
 præmijis huic operi per viros illos eminentissimos propositis sapienter &
 copiosè dicitur multam lucem; ne vniuersam pene dixerim, ex linguarum
 cognitione quibus vtrumque testamentum scriptum est, suscipiunt. Audiui
 Ioannem Brocarium Complutensem excusorem, Arnoldi Guilielmi Bro-
 carij filium, sæpenumero ad æquales dixisse, eo ipso die quo vltimo manus
 à patre, operis excusioni imposita fuit, se puerum eleganter vestitum cum
 vltimo Bibliorum volumine ad Ximenium venisse: qui impendio laetatus
 ita cælum suspiciens exclamauit. Grates tibi ago summe Christe, quod rem
 magnopere à me curatam ad optatum finem perduxeris. Et ad familiares
 continuo conuersus: equidem, inquit, cum multa ardua & difficilia reipub.
 causa hæctenus gesserim, nihil est, amici, de quo mihi magis gratulari debeat-
 tis, quam de hac Bibliorum editione: quæ vna sacros religionis nostræ fon-
 tes tempore perquam necessario aperit: vnde multò purior Theologica
 disciplina haurietur, quam à riuis postea deductis. Non satis animi sui ma-
 gnitudini Ximenius ingens hoc Bibliorum edendorum opus esse arbitra-
 batur: adhuc alia secum voluebat, quæ morte præuentus absoluere non po-
 tuit. Nam vt Ioannem Vergaram aliosq; complures, qui eo tempore apud
 eum vixerunt dicentes audiui, Aristotelicorum voluminum editionem pa-
 rabat: vt singulæ paginarum facies ternis columnis distinguerentur: quarum
 prima Græca Aristotelis verba emendatissimè contineret; media vulgatam
 translationem; extrema vero nouam quandam & liberiores versionem: vt
 eius veluti commentarijs scriptoris alioqui difficilis sensus abditè illustra-
 rentur. Nam ad earum disciplinarum cognitionem, quas in schola sua tra-
 ctandas proposuerat, eum quoque auctorem per necessarium esse intelligen-
 bat. Atque ad nouam illam versionem faciendam viros aliquot in Græcis
 & Philosophicis literis doctissimos accersendos vñdecumq; curasse. Huic
 rei inter alios qui adhuc conquirebantur, Ioannes Vergara designatus est,
 qui diligenter Latinos fecit octo de Physico auditu libros; tres de Anima:
 Metaphisicos verò 14. qui Toleti in templi maximi Bibliotheca ser-
 uantur.

uantur. At cum Bibliorum editioni Aristotelica esset successura, atque illa nondum absoluta, Ximenius è vitis sublatus sit mortis præoccupantis iniuria, quæ semper viris magnaminis periniqua & immatura accidit, præclari operis ingenti spe studiosos homines frustraui.

De Typographeio Plantiniano ex Ludouici Guicciardini Belgio, de Antverpia agentis.

Sed non minus quam omnia hæcenus dicta spectatu & contemplari iucundum simul & admirandum est amplum illud & celeberrimum Typographeion, quod separatim ab ipsa taberna libraria proprijs commodisq; admodum cellis extruendum curauit doctus ille & ingeniosus Christophorus Plantinus Architypographus Regius, opus reuera dignum quod memoretur, quia fortasse non constat vilam hucusque fuisse vel hodieq; in tota quam latè patet Europa, vsquam videri vllam rem huic operi parem, vbi nempe tot præla, tot torcularia, tot & tam varijs generis characteres, tot formulæ, totque alij apparatus & instrumenta vel iustum Theaurũ pretio suo æquantia: tot denique viri præstantes, & hisce talibus obeūdis perquam idonei lautis vndeunque stipendijs conducti, & occupati in corrigendis omnibus prorsus (nullam enim excipio) tam literatis, quam vulgaribus linguis, quæ inter Christianos quidem in vsu sunt. Ita vt omnibus computatis expendantur in hanc officinam eiusque appendices duceni & plures floreni, id est, supra centenos aureos nostros in singulos dies, Rem profectò præclaram ac non ipsi duntaxat laudatissimo suo auctori, verum & toti vbi vtilem iuxta ac perquam honestam! distribuuntur siquidem hæc tam pulchra rãq; emendata volumina innumerabili penè numero per vniuersum orbem terrarum. *Hæcenus Guicciard.* Meminit huius etiam officinæ Iacob. August. Thuanus lib. 1. de vita sua, vbi se, cum Antverpiæ ageret ad Platinum diuertisse scribit, in cuius tunc ædibus, licet rebus accisis, septemdecim adhuc prælis operæ ferbuerint (ad. an. 1576.) Exijt autem, vt supra dictum est, ex hac officina Regiorum Bibliorum opus, cuius editionis historiam, non minus ac Complutensem, quam retuli, memorabilem adiungo.

(:)

Histo-

*Historia impressionis Bibliorum Regiorum, facta
Antverpiæ per Plantinum.*

CHRISTOPHORUS Plantinus Turonensis, Typographus Antverpianus omnium suæ artis, qui hactenus ubique terrarum vixerunt celeberrimus, præter infinita alia, quæ nitidissime & correctissime edidit Regiorum Bibliorum impressione cum alios dudum superasset, seipsum denique vicisse videri potest. Ad illorum autem excusionem cum motu ut apparet, proprio animum adiecisset, nec tamen priuatos patrimonij sui sumptus ratiæ rei sufficere arbitraretur, per idoneos homines apud Philippum II. Hispaniarum regem obtinuit, ut is impensas sumptuosi operis in se reciperet, & idoneum aliquem, qui impressioni præesset, ex Hispania mitteret. Is fuit Benedictus Arias Montanus Theologus doctissimus & polyglottus, de quo postea dicendum est. Verba autem ipsius regis hac de re sunt ex Epistola ad ducem Albanum Belgij eo tempore præfectum. Quãobrem cum à Christophoro Plantino ciue Antverpiensi de arte Typographica, ut accepimus bene merito, opus Complutensi illi simile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiusque rei magnitudini hominis tum industriã, tum etiam diligentiam sufficere posse cognouerimus: ad regis dignitatis, & celestis Maiestatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere existimauimus, hæc quoque in parte Christianæ reipub. non deesse. Re igitur cum supremi nostri & S. Inquisitionis consilij præside, atque alijs compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem & sacrarum literarum insignem peritiam iam diu cognitam perspectamque habemus communicata, & nostro hoc consilio non solum omnium suffragijs valdè cõprobaro, verum etiam summè collaudato, Deo nos opus gratissimum, Christianæ vero reipub. utilissimum facturos existimauimus, si ut præstâtissima illa Biblia linguarum diuersitate, characterum elegãtia, ac omni denique ornatu & splendore illustrata in publicum prodiret efficeremus, ac pijs eius viri conatibus nostro auxilio & auctoritate adessemus. Ut igitur consiliũ hoc nostrum ad eum quæ optamus finem perducatur, ex eorum sententiã, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti sunt, Benedicto Arias Mótano Doctore Theologo ex aulicis & sacerdotibus nostris, cuius linguarum ferè omnium oportuna cognitionem & bonarum omnium

artium ac disciplinarum non vulgarem peritiam, atq; ad eò insignem morū probitatem nobis abundanti exemplo atque tibi omnibus his nominibus noto perspectam habemus, eius negotij executionem commisimus, &c. litera ista regiae anno 1568. 8. Kal. Aprilis. Madriti fuere datae, quo eodem die etiam ipsi Plantino scripsit, die verò 18. Kal. Sept. Louanienſi Academia Montanum & Biblicae Impressionis negotium scriptis clementissime literis commendauit. Atque ad eò eodem illo anno feliciter inchoatum est memorabile illud opus, fuitque primus eius tomus absolutus Kal. Martijs anni ſequentis 1569, vti docet ipſius Ariæ ſubſcriptio & approbatio. Quintus autem & vltimus tomus anno 1571. Kal. Febr. finē ſuum & perfectionē naſtus eſt, ita vt triennij tēpus totius operis integrationi impēſum ſit. Porro prædictus Arias in operis præfatione, in qua de Diuinæ ſcripturæ dignitate linguarum vſu & Catholici Regis (in excudendis hiſce Biblijs) conſilio agit ſequentia inter alia refert. Igitur & à doctiſſimis & peritiſſimis viris, quales in Hiſpania quam plurimi & publicis Academijs & ex ſacræ religioſis Magiſtratibus cenſores & iudices, atq; ad eò ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis, communi omnium ſententia confirmatum eſt huiusmodi regis conſilium non tanquā vtile tantum, ſed etiam veluti planē neceſſarium ac diuinum comprobati & omnium ſuffragijs poſtulari, omniumque piorum ſtudio vt expleretur orari oportere. Sed quod rex ipſe libentiſſimè ſuſceptum mature exequi atq; perficere inſtituit; præſertim verò cum eorum omnium, quæ ad eam rem parandam & opportuna ac etiam neceſſaria erant magnam copiam apud ſe eſſe intelligeret: ſeque ijs viris qui tanto huic operi & exordiando, expediendo & omnibus ſuis numeris & partibus abſoluendo præſe poſſent, qualis ipſe rei literariæ amantiſſimus quam plures continuo fouet, omnino non carere conſpiceret. Tantum igitur Catholici regis conſilio, ſtudio, auctoritate atq; benignitate præſtitum eſt, vt operis huius admiranda moles maximis rerum difficultatibus ſuperatis extructa, & ad publicum Catholice Eccleſiæ vſum æternumque Chriſtianæ veritatis monumentum ſtabilita & expoſita denique fuerit. cuius inſpectionem nulli Chriſtianæ pietatis ſtudioſo non gratiſſimam vtiliſſimamque fore arbitramur; cum propter eximiam omnis generis characterum elegantiam, & propter egregiam optimi & celeberrimi typographi operam, tum verò maximè propter ſummam integritatem & incorruptam lectionis perfectionem, quam propter aſſiduam doctiſſimorum & linguarum omnium peritiſſimorum hominum diligentiam, variorum quoque & correctiſſimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, Conſtantinopolitanorum & Germanorum collatio

nobis

nobis præstitit. Complutensibus verò potissimum hac in parte vsu sumus, quæ quidem à celebratissimo ac pientissimo viro Francisco Ximeno Tolerano Archiepiscopo Hispaniarum, præside summo S. R. E. Cardinali, magno studio, incredibili sumptu, insigni diligentia, vtilissimoque euentu edita quondam fuerant, & apud doctos homines magno in pretio habita: Quæ tamen quia propter miram eorum paucitatem & raritatem desiderabatur, hoc in opere nō modo instaurata, sed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appositissimoque rerum & verborum apparatu exornata sunt. Nam præter excellentem formarum chartæ & characterum præstantiam integras etiam Chaldaicas in veteri testamento paraphrases & Syriacæ in nouos lectionis libros, eisdemque diligenti studio & censura examinatos & commodā latinarum interpretationum copia instructos opus hoc Complutensibus Biblijs addit; & quod ad lectionis & sententiarum distinctionem explicationemque plurimum confert, acutos omnes Hebraicosque apices (quos nunquam petire Christus patietur) diligentissime obseruatos adiungit. Insignem præterea rerum & verborum suppellectilem aliàs varijs Codicibus dispersam hoc vnum opus continet, quæ magis vsu percipi, quam oratione indicari possunt. His accedunt variarum in omnibus linguis, lectionum proposita exempla, quæ quidem quot & quætos lectoribus fructus allaturi sint, nemo facile æstimare potest. Sunt præterea integra Hebraica Biblia nouumque Testamentum Græcum cum Latinis ad verbum interpretationibus, maiori quam vnquam antea diligentia & sedulitate elaboratis, quæ præterquam quod ad sententiarū cognoscenda mysteria plurimum adiumenti afferunt, Latinum hominem Hebraicam & Græcam: Græcum verò & Hebraicum latinam linguam sine præceptore ac nullo penè negotio docere possunt. Addita præterea sunt opportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Græcorum & Syriacorum themata, quas radices Hebræi dicunt. Postremum verò & vtilissimum illud volumen adiungitur, quod, quia multarum & ad familiares diuini verbi explicationes commodissimarum rerum copiosam ac multiplicem suppeditat materiam, sacrorum librorum apparatus inscripsimus, quo in opere dictionariæ, obseruationes, arcanorum sermonum interpretationes, multaque alia cognitu dignissima continentur. Atque hæc quidem omnia magnæ sacrarum literarum studiosis vtilitati, magnoque vsui Catholicæ Ecclesiæ futura, à Philippo Catholico rege curata, eiusque tum auctoritate & dignitate, tum liberalitate regia expedita, & insigni rerum omnium diuersitate ac elegantia insignita, ad optimum & felicissimum exitum diuinæ providentiæ summo beneficio tandem perducta sunt. Etenim tantum opus quod

maximos sumptus, insignem artificum diligentiam, exemplarium opportunam copiam, operarum frequentiam assiduam multorumque iudiciorum sententias ex varijs Europæ partibus collectis exigebat, sine præsentis Dei numine & auxilio effici & absolui non potuit; ad eum ut ipsam tot rerum & personarum unaminem, perpetuam & indefessam facultatem, non tam hominum opera & studio comparatam, quam diuinitus oblatam & concessam fuisse palam sit fatendum; opusque ipsum argumento & re planè diuinum est, ita etiam ut hoc modo atque hoc tempore huius regis tanto studio ederetur, ex diuino consilio profectum fuisse dubitandum minime sit: quod quidem vel ex eo constat, quod Pius V. P. M. qui hodierno die Catholice Ecclesie pro Christo sanctissime præest, ubi hoc præclarissimum & utilissimum opus regis studio & sumptu Antverpiæ institutum inchoatumque intellexisset, misso à se ad Albanum Ducem Belgij præfectum gratulationis & honoris causa in tantæ victoriæ ab eo reportatæ gratiam, legato præter alia in mandatis dederit, ut opus ipsum operisque promotores omnes fausto & grato Sanctitatis suæ nomine, nutu, assensu atque auspicijs, benedictione etiam adiuncta prosequeretur: qua quidem re nulla alia sub cælo vel regi ipsi gratior, vel regis hominibus in eo opere continuis laboribus augendo & expoliendo incendendis aut aptior, aut magis accommodata esse potuit, &c. Idem deinde Arias Montanus totius editionis superintendens, iuniorque nomine regio præfectus, in altera præfatione, in qua de totius operis usu, dignitate & apparatu ex ordine disserit, lectorem non tantum ad multilinguos sacri eloquij codices hosce inuitat, sed etiã omnes illos, qui vel præsentis, vel absentes hæc editionem iuuerint & procurarint edisserit, quæ omnia hic etiam legi digna iudico: Hæc ferè sunt lector, inquit, quorum te admonitum volumus, ut apparatusissimo atque amplissimo hoc opere, quod in totius Christianæ reip. gratiam prodit, commodissime utaris. Neque enim de eius utilitate nobis hoc loco pluribus propositum est dicere: quippè quod eius præstantiam ne eloquentissimus quidem Orator, ut par est copiosissima oratione consequi possit. Sed quid in hac parte præstitum sit, si ei operam dabis, ex te ipse vere cognosces. Id enim bona omnium venia liberè ausim affirmare, nullum unquam ex typographica arte tantum, adeoque insigne beneficium in Christianam rempubl. fuisse collatum. Si enim operis ipsius magnitudinem, splendorem & dignitatem attente considerabis, lector, quid prius, aut etiam quid magis admirari debeas haud facillè scies. Te enim tot idiomatum diuersitas, fideles ubique interpretationes, characterum præstantia, tabularum elegantia, ac denique totus hic præstantissimus apparatus ita oculos atque animum tenebit tuum, ut verè dicas tanti huius muneris

neris Deo Optim. Maxim. cuius ope & auxilio inchoatum, ac denique non sine manifesto, ac summo eius favore & singulari beneficio ad optatissimum finem tandem aliquando perductum est, mox etiam doctissimis ac vigilantissimis viris, quorum opera & industria tibi quale est exhibetur, ingentes, & nunquam intermorituras gratias esse habendas.

Vos itaque architecti ponderum ac mensurarum periti arithmetici, Hebraicæ, Chaldææ, Græcæ Syriacæ & Latinæ linguæ studiosi, vos denique eruditissimi Theologi, quidquid in aureo ac planè diuino hoc munere vobis exhibetur, id totum Philippi regis potentissimi, ac de re literaria optimè meriti, cuius mandato nos pro eius erga literatos homines studio ac amore huic tanto operi præsumimus, insigni pietati flagranti sacrarum literarum desiderio magnificentissimis sumptibus amplissimæ munificentia, verèque principe homine dignæ liberalitati acceptum referte. Denique ne solum litteratorum turba, quæ hodierna die extat, verum etiam posteritanti laborum ac vigiliarum ingenio præstantibus & eruditione perfecta hominibus, qui, quantum laboris & operæ in sacratissimo hoc opere impenderit, & res ipsa docet, & Christiana respubl. abunde cognoscit, debitum honorem ac optimo iure debitas tanti beneficij gratias agant (nihil enim maiori dignum & commendatione & memoria & sempiterna gloria in infinita posteritate ab illis expectari poterat) eorum nomine & cognomine perpetuum laboris, operæ, studij, diligentia, eruditionis, doctrinæ animiq; ad Christianam rempublicam pro viribus iuuandam, admodum propensi clarum & illustre testimonium hoc loco adscribi curauimus.

Itaque ne quam plurimos, Hispanos, Italos, & Gallos, qui nos sua ope & auxilio plurimum iuuerunt hoc loco referamus: eos tantum recensebimus, qui ab ipso operis initio ad finem vsque, tum in eo parando, describendo, vertendo, adornando, immutando, aut corrigendo multum laboris, operæ ac diligentia adhibuerunt. Ex quorum numero Christophori Plantini, viri de Typographica arte, qua cæteræ omnes illustantur & viuunt, optime meriti summam ingenij dexteritatem, admirabilem prudentiam, sedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus insignem diligentiam nemo satis admirari, ac dignis laudibus extollere potest: nec est, lector, quod pluribus hac de re tecum agam, res enim per se ipsa loquitur. Non enim solum infinita tum veterum, tum etiam recentiorum in omni artium & scientiarum genere volumina, quæ ab eius prælo in totius Christianæ reipubl. gratiam continuo prodeunt, quam mirificè is rem

rem literariam augeat, amplifcet & exornet, literatis omnibus fidem faciunt: verum etiam præstantissimus hic sacrosanctæ Theologiæ & antiquissimarum linguarum Thesaurus, quoniam ille sua industria & labore in adiuuanda republ. sit animo, & huius & futuri sæculi hominibus luculentissimum erit testimonium.

Maximam verò partem eorum, quæ hic diligenter correctæ, exornata, perpolitæ & elaborata sunt, Francisci Raphelingi, quem sibi generum Platinus adsciuit, summæ industriæ, incredibili diligentia, continuæ sedulitati, perspicaci ingenio & præstanti iudicio acceptam referre debes, te enim lector, iudicem appello, vt ex operis ipsius magnitudine, præstantia, ac dignitate tute æstimes, quot & quales fuerint huius viri labores, & quam insignis antiquarum linguarum peritia, qua meo quidem iudicio nemini suo iure cedit. Amplissimus enim hic scientiarum & linguarum Thesaurus se huius viri ope & industria ita vt vides correctissimum in lucem prodijisse sua raritate & excellentia apertè testatur.

Guidonem Fabricium, cuius supra meminimus, tum genere, tum ob præclaras animi dotes verè nobilem, atque inter præclarissimos Galliarum Poetas non immeritò commemorandum, Catholicæ Ecclesiæ ac religionis Christianæ studiosissimū, Hebraici idiomatis peritissimū, atq; adeò Syriacæ linguæ insigni cognitione ornatum (quod quidem vel ex ipsa testamenti noui Syriaci latina interpretatione apertè cognosci potest) non est quod meis verbis hoc loco commendem: eius quippe insignis eruditio & opera, quæ nos in hoc opere mirificè iuuat, ipsa per se satis prædicant, à studiosis omnibus huic viro plurimum deberi.

Nicolaum Fabricium Guidonis fratrem in antiquis, ac potissimū in Hebraica lingua non infeliciter versatum, qui sua diligentia & continuis laboribus in hoc opere transcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adiumento fuit, huic catalogo meritò inferendum duximus.

In primis autem sacrarum literarum studiosi Augustino Hunnæ, & Cornelio Goudano duobus Louaniensis gymnasij luminibus sacræ Theologiæ Doctoribus & publicis professoribus, ac toti rei literariæ addictissimis ingentes habeant gratias: His enim propter insignem eruditionem & sacrarum linguarum non vulgarem cognitionem optimi regis mandato hoc opus euoluendum ac diligenter examinandum à Louaniensi Academia commissum est. Qui quidem quo sunt felici ingenio & maturo, & ad grauissimas quasque res apto iudicio (adhibita ad eam rem Ioanne Harlemio sacræ Theologiæ Licentiato, in omni linguarum genere exerci-

exerci-

exercitatissimo sacrae Scripturae & Hebraicae linguae apud Louanienſem Societate Ieſu profefſore : ſuo munere, vt à tantis viris exſpectari poterat, cum ſumma laude perfuncti ſunt : atque hac quidem in parte ipſorum decretum, pro ea quam obinet auctoritate interpoſitum eſt.

De me autem, ac de meo labore & induſtria (quantulacunque ea eſt) nihil profiteor. Hoc tamen vnum non reticebo : me ſcilicet continuo immortales Deo gratias agere, quod decem idiomatum cognitionem pro ſua clementia atque benignitate mihi impertitus ſit. Quorum idiomatum gratia (cum ſapientiſſimo & potentiſſimo Regi noſtro, cuiusque à conſilio ampliffimis viris ingratus non ſim) dum plerique grauiffimi ac doctiffimi viri in Hispania publicis muneribus, pro ſua quiſque doctrina & ſapientia funguntur : mihi in hac mea peregrinatione, tantum munus demandatum eſt. In quo quidem qua ratione ſim verſatus, aliorum eſto iudicium.

At ne erga eos qui in transmittendis ad nos correctiffimis exemplaribus, aut etiam nobis ſuo conſilio, ope & induſtria in hoc opere adfuerunt, ingrati animi vitio laborare videamur : atque vt tuo, lector, deſiderio hac etiã in parte abundè ſatisficiamus, nomina præſtantiffimorum quorundam virorum, qui egregiam operam nobiſcum conſumpſerunt, & quibus non parum debent ſacrarum literarum ſtudioſi, hoc loco cæteris adiecimus. Inter quos Cardinali Spinofæ regij in Hispanijs ſummi cõſilij & ſanctæ Inquiſitionis præſidi ampliffimo non parua ſunt habenda gratia; eius enim conſilio & fauore, conuocatis etiam ad eam rem præſtantiffimis viris Regique à conſilijs Rex noſter optimus & ſapientiſſimus præſtantiffima hæc Biblia inchoari, & ad finem perduci voluit.

Complutenſi Academia multum debent literati homines : Illa enim duobus & quadraginta Theologiae Doctoribus vndique collectis ſuo ſuffragio regis inſtitutum, velut ſanctiffimum comprobauit.

Nec verò Granvellanus Cardinalis ampliffimus hoc loco nobis defuit : pro eo enim quo erga rem literariam, ac potiſſimum Sacroſanctæ Theologiae ſtudia eſt propenſo animo, Bibliorum Græcorum exemplaria, ſuis impenſis ad Vaticanorum fidem deſcripta, ac diligentiffimè collata ad nos opportunè tranſmiſit.

Nec poſſum, lector, Sirleti etiam Cardinalis operam, induſtriam ac doctrinam propè ſingularem tibi non vehementer commèdare. Is enim præter grauiffimas occupationes, quibus ampliffimus & ſacraſſimus Cardinalium ordo diſtineri ſolet, animum ad ſacrarum literarum ſtudia ita conuertit, vt iam Theologorum labor in perquirendis ſacrorum voluminum varijs lectionibus magna ex parte ſit ſubleuatus : tanta enim induſtria & iudicio

dicio eas collegit, & quas sequi, & quas rejicere oporteat, ita doctè admonuit, ut merito tanti beneficij immortales gratias amplissimo huic viro habere debeas.

Ioannes Regla felicissimæ memoriæ Caroli Quinti Cæsaris inuictissimi Confessor (quem vocant) instituti Hieronymiani apud Hispanos suam hac etiam in parte præstitit operam.

Petrus Serranus Cordubensis in Complutensi Academia Theologiæ Doctor F. Ludouicus Strada Theologus Abulensis, Ambrosius Morus Cordubensis omni disciplinarum genere ornatus, & Gabriel Zayas regionum (quas vocant) Statuum à Secretis suis votis & diligenti procuratione, ut hoc opus quale est, in lucem prodiret pro viribus effecerunt.

Ab Andrea Masio viro à consilijs & secretis Ducis Clitiæ plerisque valdè doctis annotationibus, & Chaldaica paraphrasi in priores Prophetas, Psalmos, Ecclesiasten & Ruth ope Hispani exemplaris à se Romæ inuenti, & quod maximum est, dictionario Syriaco cum eiusdem idiomatis doctissima Grammatica aucti sumus, summam certè commendationem, præstantissimus & antiquarum linguarum peritissimus, hic vir apud omnes studiosos meretur.

Est etiam nobis à Clemente Anylo Philosophiæ & Medicinæ Doctore, qui in hisce regionibus propter Christianam religionem exulat exhibitum Penrateuchi, Græci ex Thomæ Mori Bibliotheca elegantissimum exemplar.

His autem omnibus addo Guilielmum Canterum virum præter generis nobilitatem, & rei familiaris amplitudinem, in Græcis & Latinis literis feliciter versatum, rei que publicæ studiosissimum atque adeò de hoc opere omni ex parte bene meritum.

Detulimus & nos ex Complutensi Bibliotheca posteriorum Prophetarum paraphrasin Latinam ex Chaldaica factam. Atque adeò ex nostra antiquissimum exemplar posteriorum Prophetarum Hebraicè & Chaldaicè scriptum.

Christophorus Plantinus habuit penes se Complutensia Bibliorum exemplaria excusa. Præterea Veneta, Hebraica, Chaldaica & Græca & Germanica Hebræa & alia suis typis aliàs impressa; deinde Græca omnia, quæ quidem in Gallijs & Germania extant celeberrima.

Daniel Bombergus pius & doctus vir, & partim tum nominis, tum ingenij heres noui Testamenti antiquissimum exemplar Syriacum Colonia Agrippinâ ad nos attulit, quod quidem magno nobis fuit vsui & commodo. Id enim contulimus cum ijs nostris, quæ Ferdinandi optimi ac pijssimi

Imperatoris beneficio paucos antè annos cum Latina Ecclesia communi-
cata fuerant.

Itaque iam ex te ipso, Lector, facile potes conijcere, quale & quantum
munus tibi offeratur, cum ad id parandum tot & tam insignium virorum
industria & singularis qua prædicti sunt doctrina accesserint &c. Scripsit
autem illa Arias an. 1571. 10. Kalend. Sextilis.

Cæterum ipsum opus hoc Biblicum Quinquelingue quod attinet di-
stinguitur id in Tomos quinq; , quibus deinde apparatus Biblicus tribus
Tomis accedit.

Hactenus relata in principio primi Regionum Bibliorum Tomo legun-
tur. Dolendum autem fuit, magnam partem huius primariæ editionis Bi-
blicæ exemplarium, dum in Hispaniam vehuntur, absorptâ à tempestatum
vehementia naui, in aquis perijisse.

*De Plantino & eius Antuerpiensi Officina addo
etiam relato iam Guicciardino Carolum Scriba-
nium in Antuerpia, titulo: Ars Typogra-
phica. pag. 43. ita scribentem.*

Hanc vitam à Plantiniano prælo quanti acceperunt? perierant æter-
nè insepulti obliuioni; aut tanquam anima nunquam conlata, aut
tanquam vniuersim erepta, iacebant prostrati in perenni quodam ignoues-
centes sopore; ni ab hoc afflatore noua redanimatione redijissent in vitam.
Scio in omni propè gente floruisse in hac arte nobiles; noui è Latio Manu-
tios, è Germaniâ Frobenios, è Galliâ Stephanos. at vos vnus Plantini no-
mine omnium tenebratis nomina. Si sidera illi Regnis suis; sol vester fuit;
non vrbi huic, non Belgio: sed Orbi, quâ patet. Et vt omnia huius magna,
nihil maius fuit Bibliis Regijs, quæ quicumque è Latio, Græciâ, Palæstinâ,
Chaldæâ, Syriâ intuebitur non exclamet, vicisti. octauum orbi miraculum
hic est? & non tanti machinatorem operis, alte sublatum, per quidquid est
orbis sicco deu chant. pede, viridiq;

— aduclent victricia tempora lauro,

quotquot nobilissimæ huius & æternaturæ artis cultores, Regna & Impe-
ria fouent?

PLACET ETIAM CHRISTOPHORI MILAEI LOCVM AD-
 scribere è librorum eius doctissimorum. vereq; aureorum de Vniuersalis rerum hi-
 storia scribenda, secundo. Is enim non tantum Oeconomiam & commoditates Typo-
 graphici artificij eleganter explicat, sed etiam contra ac ab alijs factum, quò
 inter Mechanicas illi principatum concedunt, inter literales artes re-
 cipi dignum censet.

Habuere olim librarios diuersi generis, qui ingeniorum monumenta scitè & ve-
 nuste exarabant: horù professio maxima ex parte hodie relicta, introducto no-
 uo & laudabili ad omnem scripturæ celeritatem, superioris memoria inuento: Typo-
 graphiæ nomen ei arti dedimus, qua ipsa plumbeis characteribus pro literarum
 atque notarum numero ingeniosè fufis, & in cellulas sui cuiusque generis aptissimè
 distinctis, ad eandem, qua scribimus, rationem typos expedite scilicet, compon-
 nunt inuicem, quasque colligant, vt pagina totæ æqualibus inter se versibus
 compleantur. Has marginibus ferreis arctè, ne dilabi possint, concludunt & dili-
 genter emendant. Post atramento, quo hæreat, parato, duabus semipilis mollibus
 ad conuenientem respersionem vtentes, prælo subiiciunt, ac fortiter comprimunt.
 Itaque iusto paginarum numero expresso, iidem typi dissoluuntur, ac in suas cellu-
 las reponuntur, vt reliquis totius instituti operis partibus effingendis, rursus atque
 iterum, pro verborum serie coagmentari possint. Reperitis inde frequenter vtraque
 ex parte eiusmodi, quas vocant, formis, scriptores diuersarum linguarum, perinde
 ac sigillo ceræ impresso, quodam numero solo partu in multa exemplaria celerrimè
 transcribuntur: quorum vt est commoditas, venustas & elegantia maior, ita la-
 boriosa & longæ scripturæ habita ratione, precium longè minimum. Nam scri-
 ptoris vnus libri pluris olim venire solebant, quam hodie tota propè bibliotheca:
 vt priuatus libris non minus abundanter sese possit instruere, quam tum maximis
 sumptibus Respublicæ & principes viri comparare potuissent. Effectum etiam il-
 lud est hæc industria, vt studiosi homines in omni genere scriptorum maximos pro-
 gressus habeant: quandoquidem omnia quæ oppressa diuersimè lauerant, in lucem
 ad communem vsum iam proferuntur, vt semel editi libri, non perinde possint de-
 inceps obliuione posteritatis extingui. Digna profecto ars, quæ de iustis causis, sic
 ut olim Pictura, propter maximum studiorum vsum inter disciplinas liberales ad-
 numerari debeat.

De Officina Coloniensi Hieratina.

Notissimum est inter celebriores typographos Antonij Hierati no-
 men, is ductu Ioannis Gymnici heri sui vidua Typographicum ne-
 gotium industriè, laboriosè exercuit Colonia Agrippinè, vbi dignitate Sen-
 natoris

natoria & vitæ integritate conspicuus vixit. Huius Officina etsi Plantiniana, paucisq; alijs dignitate, magnificentia & fama forassis inferior sit, operum tamen & ingentium ab illo excusorum Voluminum multitudine, licet in aliquibus Ioannem Gymnicum priuignum suum socium admiserit, non dubitem illam prædictæ & quibuscunque alijs opponere: ac præterea persuasum mihi est lectori non ingratum fore, si præcipuos, quibus rem literariam auxit & instruxit libros hoc quoque in loco breuiter indicem. Præstitum hoc est à filijs eius in ingressu magni Theatri Beierlingani, quod octo Tomis ab hoc ipso imprimi captum, à natis autem feliciter absolutum est. Vt fatear quod sentio, ego quidem hæcenes, licet harum rerum non incuriosus, non memini simile quid de quoquam comperisse. Et auget huius rei miraculum quod intra annos nõ admodum multos varia illa diuersorum auctorum opera, quæ maximam partem mox audies, reliquam alibi vbi dixi inuenies, & numero multiplicia & mole ingentia feliciter impresserit. Sunt autem sequentia.

S. Ambrosij, S. Augustini, S. Athanasij, S. Basilij Magni, S. Bernardi.
S. Cypriani, S. Epiphaniij, S. Gregorij Taumaturgi, S. Gregorij Nazianzenij, S. Gregorij Nissenij, S. Hieronymi, S. Hilarij, S. Hugonis de S. Victore.

S. Theodoretii Cyrensis, S. Isidori Hispalensis, ac Tertulliani opera omnia.
Alphonfi Tostati Episcopi Abulensis opera, tomis 12. cum Indice.
Alphonfi Salmeronis Soc. Iesu opera in nouum Testam. tom. 16.
Benedictus Pererius Soc. Iesu in Genesim & Danielelem &c. tom. 5.
Ioannis Lorini Soc. Iesu in Leuit. Numeros, Psalmos & Act. Apost. tom. 4.
Venerabilis Bedæ, tom. 8.
S. Bonauenturæ tom. 7.
Rabani Mauri tomis 6.
Tomi omnium Conciliorum Græcè aut Latinè editorum tom. 4.
Ioannis Azorij Soc. Iesu Institutiones morales tom. 3.
Conclusiones Cardinalis Tusci tom. 8.
Annales Cardinalis Baronij tom. 12. Iacobi Saliarij Annales, tom. 66.
Historia Soc. Iesu, tom. 2.
Controuersia Cardinalis Bellarmini, tom. 4.
Christophori Clauij opera tom. 5.
Bibliotheca demum Patrum tomis quindecim.
Atque hæc omnia in folio, vt vocant, impressa sunt, ac pleraque quæ mole recensitis inferiora minus admirationis habitura videntur, sciens præterij.

ÆTERNITATI SACRVM.
QVOD TERRÆ TEVTONICÆ ET APOLLINEI
RENI DECORA
IOHANNES FAVSTVS MOGVN-
TINVS,
IOANNES GV TENBERGIVS AR-
GENTINAS,
PETRVS OPILIO SIVE SCHÆ-
FERVS GERNSHEIMENSIS,
VIRI INSIGNES, MEMORABILES, INCOMPARABILES,
REIP. LITERARIÆ ILLVSTRANDÆ, PROPAGAN-
DÆ, CONSERVANDÆ
NATI DIVINITVSQVE DATI TRIVMVIRI
SEMPITERNAM AD OMNEM POSTERITATEM
GLORIAM PROMERITI,
ARTEM TYPOGRAPHICAM,
QVA NON ALIA SVB SOLE MELIOR, VTILIOR,
DIGNIOR, HONORATIOR
PRIMITVS INVENERINT, PROMOVERINT, AVXERINT,
EXCOLVERINT, PROPAGARINT,
DILATARINT,
ORBEM CHRISTIANVM EATENVS INCONSPIC-
TA ET INSUPERATA LIBRORVM SPELLECTILE,
IMO VERIVS INAESTIMABILIBVS DIVINIORIS
INVENTI THESAVRIS
MVSARVM ALVMNOS STVDIISQVE
DEDITOS
SVA AC DISCIPVLORVM SVCCESORVMQVE SVORVM OPERA
DITAVERINT, BEATOSQVE, SI VTI NORINT, FECERINT:
SENATVS POPVLVSQVE LITE-
RATORVM,
AC TOTA GERMANICI NOMINIS
UNIVERSITAS

IM.

IMMORTALIBVS PROTODÆDALIS,
QVI IPSIMET ARTE, ET LABORIOSA INDVSTRIA SVA
ÆRE PERENNIVS ET INDEMOLIBILE MONVMEN-
TVM SIBI EREXERVNT,
IN GRATITVDINIS ET PROMERITAE LAVDIS
TESTIMONIUM
DIVIS HOMINIBVSQVE FAVENTIBVS ET
APPLAVDENTIBVS
ORBE TOTO VOLENTE, ADMIRANTE, OBSTVPESCENTE
DONEC SPLENDIDIVS DIGNIVSQUE
PVBLICO NOMINE AC SVMPTV ERIGATVR
HOC QVALECVNQUE *μνημείον* A PRIVATO
HOMINE PONI
PERMISERVNT ET APPROBARVNT.

Chronographicum
ANNVM, LOCVM, ET INVENTOREM
ARTIS TYPOGRAPHICÆ
continens,
Anno 1635. ante hac impressum.

VETVS ET CLARA
MOGVNTIA
INVENIT
CHARACTERES
FVSILES,
AVTORE
IOANNE { GV TENBERG/O.
FAVSTO.

F I N I S.

IMMORTALIBUS PROTOCALIS
ANNE REVENIVS ET MEMORABILIS
IN GRATIA
DVIS HOM
HOC QVALECV

AKTIS PRO
MOCVNTIA

CHARA
JOHANNES

1513

AD DISSERT. DE ARTE TYPOGRAPH.
ADDITIVNCVLÆ SVIS QVÆQVE LOCIS
inferendæ.

Pag. 2. lin. 19. Qui Chinenſibus typographicæ artis vſum & ſcientiam longè ante Europæos adſcribunt, præter iam nominatos hi ferè ſunt : *Maffei* in *Hiſtoria Indiæ Orientalis* lib. ... pag. ... *Garſias ab Horto* lib. 1. *Aromatû* apud *Indos* naſcentium cap. 38. *Ioannes Barrus* in *Aſiæ* deſcriptione de ead. 1. lib. 9. c. 1. *Guilandinus* de *Papyro* membro 26. n. 8. *Guido Panciroli* tit. 12. rerum nouiter intentarum. *Ioan. Conſalvus Mendoza &c.*

Pag. 8. lin. 9. *Themiftaneum* ſive *Themiftitan* eandem eſſe civitatem, quæ communiori notiori; nomine *Mexicana* vocatur, auctor eſt *Maginus* in *Geographia* ſua, in *Americæ* deſcriptione fol. 204. & *Petrius Montanus* in *Mercatoris Atlante*.

Ibid. lin. vlt. *Nona* hiſ addi poterit opinio, quæ à *Ioanne Antonio Magino* in prædiſto opere *Geographico* ſub titulo *Deſcriptionis Tartariæ* refertur, vbi tradit eſſe qui affirmant, in regno *Tangut*, mille annis prius quam apud nos typographiam fuiſſe inuentam.

Pag. 27. Antiquioribus qui ante *Iunium Moguntia* Typographiam aſſeruerunt, præter recensitos, etiam hi ſequentes aggregari debent, *Ioan. Stumpfſius* tom. 1. *Hiſt. Helueticæ* lib. 2. fol. 23. *Gaspar Bruſchius* in *Catalogo Archiepiſcoporum Moguntinenſium* ſub *Theodorico de Erbach*. *Cyriacus Spangenberg* in *Chron. Mansfeldenſi* cap. 324. *Reinerus Reinecius* in *Oratione de Hiſtoricæ dignitate* pag. 14. *Guil. Xylander* ad *Sleidanium* de quatuor ſummis Imperijs pag. 232. *Ioan. Thomas Freigius* oratione 4. inter impreſſis cum *Ioannis Roſini* *Antiquitatibus Romanis*. *Bernardus Hertzog* in *Chron. Aſiæ* lib. 2. cap. 46. *Matthæus Beroald.* in *Indice Chronolog.* *Leonardus Creutzhemius* part. 2. *Chronol.* lib. 6. fol. 325.

Pag. 40. lin. 13. *Idem* *Isacius Pontanus* hac de re in eamdem ferè ſententiam tractat. lib. 9. *Hiſtor. Gelr.* pag. 476. ijsq; pag. 502. quæ ſequuntur ſuperaddit. illa enim cum diuerſorum aliorum exemplo, ad conciliationem huius litigij ſpectent referre hoc loco viſum eſt. Eâdem hac tempeſtate (anno 1450.) efflorefcere paſſim per *Germaniam* videre erat, artem, de qua ſuperius inieci-mus, typis libros excudendi. Eſtq; hoc anno, qui vt habent *Chronologi*, verè erat aureus, excuſum primò *Moguntia* Bibliorum opus, idq; characteribus, vt memorat *Chronici Coloniaenſis* vernaculus autor, maiuſculis, & quibus exinde plerunque Miſſalia ſolent : adiiciens quod haudquaquam omittendum, eandem hanc artem, licet *Moguntia* primitus eſſet elaborata, excultaque, eius nihilominus primum typum atque imaginem deſumptam ex *Donatis*, qui ante id tempus, infra longè *Moguntiam* *Colonia*mq; apud *Barauos*, nunc *Hollandos* *Gelriæ* finitimos dicimus, rudi *Minerua* (vt ſunt ple-

R

rum,

ADDITIVNCVLÆ AD DISSERTAT.

rumq; rerum initia) typis expressi fuerant: Intelligens haud dubiè Hollan-
dos Harlemum, & ibi quem memorauimus ad annum 1440. hoc omnium
aguisse primò Laurentium Harlemensem, Costerum populariter nomina-
tum, vt Rhenus ita Germania, quod superior inferiorq; sibi merito hic ven-
dicet, utraq; habeat, illa quod vltima addita manu expoliuerit, hæc quod ar-
tem artisq; rudia quædam initia ostenderit.

Pag. 40. Typographiæ inuentionis meminit etiam Pontus Heuterus lib. 4.
rerum Burgundic. pag. 121. sed ambiguè magis quàm quisquam alius, quare
suis verbis illum audiamus loquentem: Reperta est, inquit, hoc anno (1440)
in Germania ars, qua plumbeis literis descripti libri, prælo deinde breui tẽ-
pore multa exemplaria excuduntur, Græca voce artem Typographicam vo-
cantes. Sed quo auctore, aut quo in loco primi sint excusi (Moguntiacis sibi
laudem vendicantibus) non satis inter scriptores liquet. Ita ille. Memorabile
autem puto, si Hollandos suos de Typographica hac controversia loquens
in mente habuit, quod aperte illorum meminisse abstinerit.

Pag. 47. in fine. Illis qui post editam Iunij Barauiam Moguntinis Inuen-
tionem Typographicam asserunt, addi & accenseri possint hi sequentes: *Iaco-
bus Bornitius* de sufficientia rerum fol. 174. & seq. *Auctor Chronici Ecclesiastico-Po-
litici*, quod excusum est Francofurti an. 1614. tomo 2. *Chronici Chronicorũ
Politici* sub an. 1440. *Christophorus Leheman* lib. 7. *Chron. Spirensis* cap. 105.
Ioan. Cluuerus in Epitome Historiarum pag. 6, 8. *Christophorus Besoldus* Pentade
1. *Dissertationum Philologicarum* cap. 3. *Claudius Clemens* Soc. Iesu presby-
ter, Professor humaniorum literarum in Academia Madritensi lib. 1. *Mulci*
Sectione 8. cap. 6. *Sebastianus Veronius* libro 8. *Chronici Ecclesiæ & Monar-
chiarum.* *Adelarius Erichius* libro 6. *Chronici Iuliacensis* cap. 11. *Venceslaus
Sturmus* in *Chronico Vniuersali* lib. 5. pag. 446. *Daniel Pareus* in historia Pa-
latina pag. 103. & in *Medulla Historiæ Ecclesiasticæ* pag. 311. *Elias Reusnerus*
in *Isagoge Historica* pag. 467. *Petrus Heigius* part. 1. quæst. 7. num. 55. *Daniel
Osro* de Iure publico cap. 24. *Ioan. VVolffius* tomo 2. *Lection. memorab.* pag.
753. *Iacobus Gualtherus* in *Tabulis Chronologicis* pag. 719. *Nicolaus Dolionus* in
Compendio Historiæ part. 4 pag. 447. *Ioan. Chapeauillus* tomo 1. rerum Leo-
diens. pag. 122 & in *Chronologia* eiusdem tomi. *Ioan. Barclaius* in *Icone Ani-
morum* siue quarta parte *Satyrici* cap. 5.

Pag. 63. lin. 9. à fine. Lanzio, Middendorpio & alijs, adde *Hermannum Hu-
gonem*, *Ioannem de Laet*, *Ioan. Henricum Alstedium* & *Ioan. Isacium Pontanum*, pag.
39. & 40. positos, qui & ipsi non nisi diuerforum opiniones referunt.

Ibidem statim postea. Adriano Romano, accensendus est *Gaspar Barleus* re-
latus eadem pag. 40. qui æq; ac prædict. nudè & simpliciter sine aliqua pro-
batione affirmat.

Pag. 67. lin. vlt. Eandem inscriptionem affert *Ioannes Thomas Freigius* quarta Orationum cum *Ioan. Rosini* Romanis antiquitatibus impressarum.

Pag. 69. lin. 10. Eandem referunt præter *Serarium Besoldus* in *Theſauro Practico* pag. 787. & *Auctor Chronicis Ecclesiastico Politici* parte 2. *Chronici Chronicorum Politici* pag. 937.

Pag. 73. lin. à fine. *Ioanem Faustum* honesto satis loco & è primarijs *Moguntinae* urbis familijs natum fuisse, satis inde cõstat, quod agnatus eius *Iacobus Faustus Aurifaber* Consulem illic egerit an. 1462. eo ipso quo *Moguntia* capta & sub iugum missa fuit: qua de re testem habemus *Georgium Helvich* in *Moguntia* deuieta pag. 154.

Pag. 82. lin. 23. Consentit tamen *Coloniensi* *Chronico Munsterus* supra pag. 14. qui itidem *Coloniam* ante *Argentinas* ponit. Putarem, ita hos cum alijs conciliari posse, vt intelligi debeant de aperta & professa post publicationem eius artis ad *Argentoratenses* propagatione. *Gutenbergius* enim secreto eo nouum illud artificium attulit, pariterque remotis illic arbitrjs longo tempore exercuit.

Pag. 83. lin. 6. Hos duos *Venetorum* typorum inuentores *Nicolaum Ienson* & *Ioannem de Colonia*, præ omnibus alijs ab eleganti typorum forma etiam *Sabellicus* commendat, supra pag. 12. Porro idem hic *Ioannes de Colonia* an. 1476. *Prisciani* opera *Venetijs* excudit, hoc ipso nouorum tunc temporis typorum genere. Socium illius impressionis habuit *Ioannem Manthen de Gerreshem*, quod est oppidulum *Montensis Ducatus* propè *Dusseldorpium* illustrium *Dominarum* Collegio nobile.

Pag. 85. lin. 10. à fine. In eadem *Basilea* impressum habemus *Petri Comestoris* historiam *Scholasticam* non adiecto typographi nomine, an. 1486.

Pag. 88. lin. 8. *Biblia Germanica* dudum ante *Lutherum* (ita è characterè & versione, quæ modice à *Labecensibus* & *Halberstadenſibus* *Biblijs* differt, licet annus impressionis absit, comprehenditur) *Coloniae* etiam *Agrippinae* impressa supersunt. Locus quidem adscriptus non est, sed tam è *Magorum* adoratione donifera quam in fronte præfert, tum magis etiam ex urbis illius insignibus liquet. Habet hæc editio textui glossulas intermixtas, quæ ab illo nulla typorum diuersitate, sed sola *Stellularum* siue *asteriscorum* prænotatione distinguuntur.

Ead. pag. lin. 22. *Erhardus Rodolff* de *Augusta* an. 1481. excudit *Fasciculum* temporum, typis quidem antiquis, sed paulò nitidioribus. Additur in fine *ARTE MIRA*. impressum esse.

Ead. pag. lin. 2. à fine. Eandem *Vestphaliae* *Metropolim* nostro tempore egregie illustrare cepit *Michael Dalius* *Antuerpiensis*, editis breui tempore præclaris aliquot ad pietatem præcipuè, fideiq; sinceritatem spectanti-

ADDIT. AD DISSERT. DE ARTE TYPOGR.

bus operibus, qui in viridi ævo præmaturè abreptus priuigno suo Bernardo Raesfeldio lampadè porrexit. Obijt autem maligna febris statim post reditum è Francofurtensibus vernalibus nundinis anno 1628.

Pag. 90. lin. 8. Gryphus hic è celeberrimis Typographorum Germanus patria fuit, *Ioannes Michael Brutus* in præfatione Epistolarum Longolij vocat *eruditum iuuenem & ingenio pereleganti.*

Pag. 92. lin. 13. Superest in laudem Roberti Stephani conscriptum à nobili poeta Gallo Ioanne Aurato Iambicum carmen apud Goldastum in Epistolis Philologicis, hoc principio:

Inter tot hac ætate bellè qui typis:

Cadunt minutulis libros.

Primas Roberte Stephane tu parteis tenes:

Reclāmit ante nemine.

Epist. 57.

Pag. 96. lin. 18. Hoc correcturæ officium exercuit etiam Ortuinus Grætius V. Vestphalus, vir eruditus & eo nomine satis celebris; quamuis qui obscurorum virorum epistolas emiserūt, omnia alia meritum publico ludibrio contrariarum partium studio exponere sategerint. *Quentelianis* autem Coloniae operam suam impendit, yt *Mersaus Cratepolius* testatur in Archiepiscoporum Coloniaensium Catalogo.

Pag. 111. lin. 7. Sequentia amanuensis culpa præterita adde & insere post voculam *Imparati*: & in vtriusq; testamenti lib. is peregrini & hospites deprehenderentur. *Magni igitur Origenis diligentiam imitatus: qui hexaplis illis decantatis, omnes sacrorum voluminum, quæ tunc habebantur, translationes in vnum coniunxerat, editionem Bibliothecæ faciendam curauit.*



INDEX RERVM.

A.

Ædicius consularis Harlemensis. 51
Æreorum typorum inuentio. 74.80
Ærearum tabularum in typographia v-
lus. 102
Æreas tabulas incidendi artem quis in-
uenerit. 103
Aldina Officina. 91
Alphonso Neapolitano regi an nota
Typographia. 84
Angeli Rocchæ de typographiæ abusu
querela. 105.106
Annus propalatae typographiæ. 1462.
 78.81
Andræ Schotti testimonium de Offi-
cina VVechehana. 87
Argentina qua occasione Typogra-
phia deuenerit. 77.78
Argentineses Typographi. 85
Argentineses an inuenerint typogra-
phiam. 3.70
Argumenta Moguntinorū contra Har-
lemenses. 45
Atramenti impressorij inuentio. 74.80
Augusta Vindelicorum an typographiã
inuenerit. 70.71
Augustana primæua officina typogra-
phica. 88
S. Augustini opera quis primus impres-
serit. 85

B.

Basilcenses typographi. 85
Batavia Hadriani Iunij quando edita. 5
Biblia latina cum glossa ab Adolpho
Ruschio excusa. 85
Biblia Germanica antiqua manusc. Au-
gustana. 88
Biblia Germanica ubi & à quibus anti-
quitus excusa. 88
Bibliotheca Aldi Iunioris. 98
Bibliopolia à quo tempore esse cœpe-
rint. 105

Bombarda à Germanis inuenta. 10
Buslidianum trilingue Collegium. 93

C.

Calcographiæ Encomium Ioan. Antonij
Bergellani. 25.96
Carnædica Eloquentia veritati minimè
necessaria. 58
Carolus V. Imp. Petri Apiani in Mathe-
maticis discipulus. 14
Cathaitani an typographiæ inuentores.
 3.4.20
Catalogi librorum semestres Nundina-
rum Francofurt. 105
Catalogi Officinarum. 95
Chinenses an inuenerint typographiam.
 2.3.4.14.19.20.
Chinensis impressoria typographiæ affi-
nis. 59
Chronicon Colonienſe non esse Mogū-
tinis contrarium. 58.59
Colonienſes Officinæ & typographi. 95
Coloniã quis typographiam primus
detulerit. 38.82
Complutensium Bibliorum editio. 89.
 99.110
Conciliorum decreta de officio typo-
graphorum. 107
Conradus Celtes primus è Germanis
coronatus poëta. 11
Controuersia typographica concilia-
tio Bertiana. 35.59. eadem ab Alste-
dio tentata. 40. à Serario. 46
 à Boxhornio. 56. ab Isacio Pontano.
Correctores aliquot celebriores. 96.97
Cornelius Bibliopegus. 30.57

D.

Dauëtrienſis vetus typographus. 88.89
Dialogus Ioannis Sureni de typogra-
phia Harlemi inuenta. 50
Discordia inter Harlemicæ causæ pro-
pugnatores. 60

R 3,

Diner-

I N D E X

- Diversitas opinionum de anno & tempore inuenta typographia vnde originem habeat, 82
- E.
- Emblemata diuersorum typographorū, 104
- Epistola Philologica Goldasti, 105
- Erasmus ad Schurerium typographum epistola, 85
- Eslingensis typographus, 88
- F.
- Fagini Cortices ad rem typographicam inepti, 51
- Fauftus an Gurenbergius typographiam inuenerit, 73.74.&c.
- Fausti cum Gutenbergio lis, 76
- eiusdem in causa triumphus, ibid.
- Francofurtenses typographi, 86
- Francofurtensis mercatus librarius, 86.
- 87
- Francofurtum Europæ umbilicus & centrum, 87
- Florentinus typographus, 84
- G.
- Gallæci chartacearum officinarum Basileæ propagatores, 31
- Galli an inuenerint typographiam, 3.17
- Germani æris tractandi peritissimi, 10
- Germanis studiosi debent ob inuentam typographiam, 10.14.19.21
- Germania olim inculta, hodie studijs florentissima, 13
- Germani negligetiores in perpoliendis inuentis suis, 21
- Germani olim librorum hostes. 86 Hodie illis omnia replent, ibid.
- Græci libri à quibus vbi primitus impressi, 91
- Græcæ linguæ thesaurus Henri Stephani, 92
- Gutenbergius quatenus typographia inuentor habendus, 77.80
- Globi Geographici & Astronomici, 103
- H.
- Hadriani Iunij ætas, s. omnium primus qui typographiam Harlemit inuentam esse scripserit, 5.48
- Harlemum olim Hollandicarum verbum amplissima, 31.32
- Harlemenses an typographiam inuenerint, 3.5.28.& seq.
- Harlemenses à Moguntinis typographiam doctos esse, 63
- An typis singularibus vnquam antea vsi, 59
- Harlemensibus integræ scælli præserptionem ob stare, 64
- Harlemenses viri docti scriptis clari, 50
- Hartmanni Schedelij Chronicon à Kobergero impressum, 87
- Hebraicis typis quis princeps vsus, 91
- Hollandici Donati, 59
- Hollandici Theatri refutatio, 58
- Hollandi Oeconomices peritissimi, 53
- I.
- Ingratitudo Harlemitum contra Faustum typum inuentorem, 64.65
- Inscriptio Moguntia Gutenbergio posita, 66
- Inscriptiones siue clausulæ antiquissimarum Moguntinarum editionum, 67.68
- Ioannis Fausti laus, eius commentitium & fabulosum plagum, 29.53.54
- Ioannis Gersonis liber de laude scriptorum, 109
- Ioan. Gutenbergius Typographia secundum communem opinionem inuentor. pag. 7. & passim.
- Ioan. Leunclavius Westphalus in Græcis doctissimus, 92. Eius cum Henrico Stephano similtas, 92
- Ioan. Regiomontanus an typographia inuentor, 75
- Ioan. Scapulæ impostura & perfidia, 92
- Italicis literis (curstinas vocant) quis typographorum primus vsus sit, 105
- L.
- Latina linguæ thesaurus Roberti Stephani, 92
- Laurentius Ioannis siue Costerustypographiam, iuxta Harlemitensem venditionem & errorum inuentor. An mortuus fuerit arte necdum perfecta, 55
- Len-

R E R V M.

Lemus fabulosus Harlemi conditor, 49
 Libri qui omnium primi impressi, 90
 Lignei typi omnium primi, 80
 Litis inter Gutenbergium & Faustum, 76
 Lipsianæ leges de Criticis, 103
 Locus inventionis typographicae, 70
 Lofdunenses pelues, 55
 Louanienſes typographi primi, 89
 Lubecenſis typographia, 88
 Lugdunenses typographi, 90
 Lutherum non esse primum qui Biblia Germanica vertit & ediderit, 88

M.

M. Antonij Sabellici ætas, 12
 Manuscripti libri Themistanci, 21
 Mariani Victorij error, 75
 Matrices typorum à quo inuentæ, 78.
 80
 Mariangelum Accursium non esse Moguntinis contrarium, 58. 19
 Mechanicarum artium præcipua Catalogographia, 13. 40
 Mexicani huc Themistanci an typographiam inuenerint, 21
 Michaël Rogerius Soc. Iesu, Chinæ inquilinus, 2
 Miniatura primæuis typographis familiaris, 102
 Moguntini inuectores typographiæ, 3.
 7. & passim.
 Monasteriæ vetus typographus, 88. 89
 An typographiam inuenerit, 74

N.

Neapolim quando & per quam typographia deuenit, 84
 Nicolaus s. Papa an typographorum Mæcenas, 84
 Nicolaus Galius Ludimagister, 30
 Nicolaus Iensen Germanus, Gallus, an Danus fuerit, 12. 74. 83
 Nicolai Berolti Sipontini præfulis Epistola & querela de abusu typographiæ, 17. 107

Nicolai Serarij Soc. Iesu patria & domicilium, 56
 Norimbergæ quis præcipue typographorum floruerit, 87

O.

Oenophora è typis commentitijs Harlemensibus constata, 29. 52
 Originibus rerum & populorum subinde fabulosa quadam cum mixta esse, 5. 48

P.

Papiensem Cardinalem non meminisse typographiæ, 84
 Parisienses antiquiores typographi, 89
 Patriæ causa an mentiri liceat, 51. 58
 Patrum veterum scripta, vbi primum impressa, 100
 Pauli Iouij de Germanis magnificum eulogium, 19
 Paulus Langius Trithemij discipulus, 15
 Petrus Aquilanus dictus Scorellus Spiræ impressus, 88
 Petrus Opmeerus vbi vixerit & obierit, 41. Faustum facit typographici inuentorem, 41. 50
 Petrus Schöffer inuentor matricum & fusilium typorum, 74. 78. 80
 Idem atramentum typographicum reperit, 74
 Pium 2. non meminisse in Commentarijs suis typographiæ, 84
 Plantiniana officina, 95. 108. 114
 Plinij historia naturalis à Nicolao Ienson excusa, 41
 Priuatorum typographi, 97
 Priuilegia de non recudendo, 104
 Psalterium polyglotton Augustini Iustiniani, 99
 Psalterium Latinum quintuplex fabri Stapulensis, 90
 Ptolomæi Geographiæ editio prima, 88

Q.

Quirinus Taleſius Consul Harlemensis, 30. 57
 Rube

INDEX RERVM.

R.

Rabinicum testimonium Boxhornij ex-
ploditur, 72

Rationale diuinorum Duranti Mogun-
tia a. 14.59. impressum, 67

Regiorum Bibliorū impressio, 94.99.115

Richardi de Burij Episcopi Dunelm-
ensis liber de Amore librorum, 109

Romā quando & per quos typographia
delata, 83.84

Rudolphi Langij poëmata, 89

Russenburgian typographia sit inuenta,
17.79.

S.

Saturnus an inuenerit typographiam,
2.4.9

Sebastiani Brant aras, 11

Sebastianus Munsterus vbi natus sit &
vixerit, 16

Senes à Iunio testes producti exami-
nantur, 57

Societas inter Faustum & Gutenbergiū
inita, 76

Societatum typographicarum antiqui-
tas, 86

Speculum salutis, liber Harlemi vt vo-
lunt, impressus, 29.52.60.71

Spirensis typographus, 88

Stannei typi, 44.80

Status controuersia in typographica li-
te, 62

Summa historialis S. Antonini à Kobur-
gero impressa, 87

Summa Theologica S. Antonini à qui-
bus impressa, 86

T.

Tabulas incisas non esse verè typogra-
phiam, 4

Tempus inuentionis typographicæ, 71

Theodicus Grefemund an typogra-
phiæ inueator, 75

Themistanci an inuenerint typogra-
phiam, 3.4.21

Tractatus tractatum Iuris, 99

Turcis typographia interdicta, 20.21.
107

Typographia artibus liberalibus accen-
senda.

Diuinum donum est, 10.13.14.15.17

Maximam præstat studentibus com-
moditatem, 109

Typographia scriptorum veterum Pa-
lingenesia, 13.14.15

An per Septentrionem ex Oriente ad
Germanos delata, 19.43

Typographicæ artis tenuia principia
fuerunt, 44

Typographicæ abusus, 106

Defensio, 106.107

Typographicæ hodiernæ politices & ve-
nustas, 101. & seq.

Typographicæ encomiū Erasmi cū, 109

Typi antiquissimi qui Moguntia exi-
terunt, 65

Typi ex Orichalco, 44.80

Typos fusiles quis inuenerit, 74.78

Typorum varietas & genera diuersa,
105

Typis suis oppugnari & infamari Fau-
stum iniquissimum esse, 64.65

V.

Vaticana Pontificia typographia, 98

Veneti typi, 82

Venetias quis primus typographicæ ar-
tem detulerit, 75.82

Vincentij Beluacensis specula ab Anto-
nio Koburgero impressa, 87


Vlmenses typographi, 88


W.


Wecheliana officina, 87


Wimphelingij de Gutenbergio error
vnde? 77.82


F I N I S.


























María
Mallinckro
tii

Th

5112